vel filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunto», vel ita dixit: «filius vel filia, qui intra decem menses proximos mortis meae nascentur (1), heredes sunto» Iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est, an videantur non cortineri testamento, et hoc ruptum facere (2) Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, quum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adiuvantes, ex neutra huiusmodi verborum compositione (3) ruptum fieri testamentum videtur (4), sed sive vivo testatore, sive post mortem eius intra decem menses a morte testatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti, maneat testatoris voluntas immutilata, ne poenam patiatur praeteritionis, qui suos filios (5) non praeteriit

Dat XII Kal Decemb Constantinop LAMPADIO et ORESTE VV CC Conss [530 ]

## TIT XXX

### DE IURE DELIBERANDI ET DE ADEUNDA VEL ACQUIRENDA HEREDITATE

1 *Imp* ANTONINUS *A* TITIAE —Si a patre emancipata eo defuncto bonorum possessionem non agnovisti, frustra vereris, ne hereditati paternae sis obligata, quod servum eius nullo iure manumisisti, resque (6) et mancipia quaedam propter funeris impensas distraxisti (7)

PP Kal Iul MESSALA et SABINO Conss [214 ]

2 *Imp* ALEXANDER *A* FLORENTINO (8), *militi* — Quum debitum paternum te exsolvisse allegas (9) pro portione hereditaria, agnovisse te hereditatem defuncti non ambigitur

PP VI Id Februar MAXIMO II et AELIANO Conss [223 ]

3 *Imp* GORDIANUS *A* FLORENTINO (10) *militi* — Si fratris tui filius mortis tempore in patris sui fuit potestate, sive ex asse heres institutus est, etiam clausis tabulis heres potuit exsistere, sive ex parte, nihilominus statim suus ei heres exstitit, nec ea propter, quod intra paucos dies mortis patris sui concessit in fatum, tu ad eiusdem fratris tui potes accedere successionem Quodsi, quum iuris sui esset, ante aditam hereditatem decessit, tuque fratri tuo legitimus heres exstitisti, seu intra tempora edicto praefinita bonorum possessionem agnovisti, quae (11) facultatum sunt, vel quae ab alio iniuria detinentur, praesidis diligentia tibi restituentur

PP XV Kal Septemb GORDIANO A II et POMPEIANO Conss [241 ]

labras: «si dentro del espacio de diez meses después de mi muerte me hubiere nacido un hijo ó una hija sean herederos», ó dijo así: «sea heredero el hijo o la hija que naciere dentro de los diez meses próximos á mi muerte» Surgió una contienda entre los antiguos intérpretes de las leyes, sobre si se consideraría que no estaban comprendidos en el testamento, y lo rompían Así, pues, decidiendo nosotros la discordia de aquellos, puesto que hemos promulgado muchísimas leyes favoreciendo las voluntades de los testadores, no se considere que por virtud de ninguno de estos dos empleos de palabras se rompa el testamento, sino que, ora si viviendo el testador, ora si después de su muerte dentro de diez meses, que se habrán de contar desde la muerte del testador, hubiere nacido un hijo ó una hija, subsista incólume la voluntad del testador, á fin de que no sufra la pena de la preterición el que no había preterido á sus hijos

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [530 ]

## TÍTULO XXX

### DEL DERECHO DE DELIBERAR Y DE LA ADICIÓN Ó DE LA ADQUISICIÓN DE LA HERENCIA

1 *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* TICIA — Si emancipada de tu padre no aceptaste, fallecido él, la posesión de los bienes, en vano temes que hayas sido obligada á la herencia paterna, porque sin ningun derecho manumitiste un esclavo de la misma, y enajenaste cosas y algunos esclavos por razón de los gastos de funeral

Publicada las Calendas de Julió, bajo el consulado de MESSALA y de SABINO [214 ]

2 *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* FLORENTINO, *militar* —Puesto que alegas que pagaste una deuda paterna con arreglo á la porción de herencia, no se duda que aceptaste la herencia del difunto

Publicada á 6 de los Idus de Febrero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO [223 ]

3 *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* FLORENTINO, *militar* —Si el hijo de tu hermano se halló bajo la potestad de su padre al tiempo de la muerte, si fué instituído heredero de la totalidad, pudo ser heredero aun estando cerrado el testamento, y si en parte, fué, sin embargo, heredero suyo de él desde luego, y no porque falleció dentro de pocos días de la muerte de su padre puedes acudir á la sucesión de tu mismo hermano Pero si, siendo de propio derecho, falleció antes de haber sido adida la herencia, y tu quedaste legítimo heredero de tu hermano, ó aceptaste dentro del término prefijado en el edicto la posesión de los bienes, se te restituirán por diligencia del presidente los bienes que haya, ó los que injustamente se detentan por otro.

Publicada á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de GORDIANO, Augusto, y el de POMPEYANO [241 ]

---

(1) nascerentur, *los mms Pl 1 2 Bg.*

(2) *A Concio le parece que aqui faltan las palabras* hi qui vivo testatore nati sunt, *ú otras semejantes; pero aunque podrían añadirse no hay razón para ello*

(3) positione, *los mms Pl 1 Gl , todos los mms de Russ y Cont 62.*

(4) videatur, *el ms. Bg , y las ed. Nbg Hal*

(5) filios, *omítela Hal , aprobándolo Cont. al márgen*

(6) *Los mms. Pl. 1 2 Bg. Gl., y las ed Schf Cont 62,* res quoque, *las ed Nbg Hal y las demás*

(7) detraxisti, *Russ desaprobándolo él mismo al márgen*

(8) Florentio, *el ms Vat y S Perus*

(9) *Los mms Pl 1 2 Bg Gl y las ed Nbg Schf Hal ;* alleges, *Russ y los demás contra todos los mms de Russ*

(10) Florentio, *el ms Vat*

(11) *Los mms Pl 1 2 Bg Gl todos los mms de Russ , y Cont 62 ;* hereditariarum, *insertan las ed Nbg Schf Hal y las demás*

4 *Imp* DECIUS *A* ATHENAIDI (1) — Filiofamilias delata hereditate, si pater pro herede voluntate filii gessit, solemnitati iuris satisfactum videri, saepe rescriptum est

PP X Kal Mart DECIO A (2) et GRATO Conss [250]

5 *Impp* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA* PAULO — Potuit pupillus pro herede tutore auctore gerendo consequi successionem, sed ipsius actus et voluntas (3) fuit necessaria Nam si quid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acquirere

PP XVI Kal Iul ipsis IV et III AA (4) Conss [257]

6 *Impp* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA* PHILIPPAE (5) — Si avia tua patrem tuum ex duabus unciis scripsit heredem, ex sola animi destinatione pater tuus heres fieri poterat Igitur si testamento suo (6) easdem uncias ad te pertinere (7) decrevit, apud rectorem provinciae duarum unciarum ius persequi poteris

PP XVI Kal August Sirmii, ipsis IV et III AA Conss [290]

7 *Iidem AA et CC* (8) EUSEBIO (9) —Quoniam sororem tuam prius defunctam esse proponis, quam cognosceret, an a fratre sibi aliquid hereditatis fuisset relictum, manifestum atque evidens est, antequam (10) pro herede gereret vel bonorum possessionem admitteret (11) defuncta (12), successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere

PP Kal Mai Triallis, AA Conss (13) [293—304]

8 *Iidem AA et CC* CLAUDIO — Licet in continenti sui heredes se paternis non miscuerint (14) bonis, tamen ignorantes, delatam sibi esse hereditatem, longi temporis praescriptione, quominus hanc recte vindicent, excludi non possunt

S XVII (15) Kal Ianuar Sirmii, AA Conss [293—304]

9 *Iidem AA et CC* PLATONI — Si curatoris quondam tui testamento iure facto vel ab intestato legitima delata est successio, hoc casu ei, qui non repudiavit hereditatem, eam licet (16) adire Rector igitur provinciae aditus, si hereditati necdum sunt obligati, eos, an heredes sint, interrogare debebit, ac si tempus ad deliberandum petierint, moderatum statuet

S XVI Kal Ianuar Sirmii, AA Conss [293—304]

4 *El Emperador* DECIO, *Augusto, á* ATENAIDE — Muchas veces se respondió por rescripto, que, deferida la herencia á un hijo de familia, si el padre obró como heredero con la voluntad del hijo, se considera que se dió cumplimiento á la solemnidad del derecho

Publicada á 10 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de DECIO, Augusto, y de GRATO [250]

5 *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* PAULO —Pudo el pupilo conseguir la sucesión obrando como heredero el tutor con la autoridad de tal, pero fueron necesarios el acto y la voluntad de aquel Porque si ignorándolo aquel hizo alguna cosa el tutor, no pudo adquirir para él la herencia.

Publicada á 16 de las Calendas de Julio, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos [257]

6 *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* FILIPA —Si tu abuela instituyó heredero de dos dozavos á tu padre, tu padre podía hacerse heredero con la sola resolución de su ánimo Así, pues, si dispuso en su testamento que te pertenecieran los mismos dozavos, podrás perseguir el derecho á los dos dozavos ante el gobernador de la provincia

Publicada en Sirmio á 16 de las Calendas de Agosto, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos [290]

7 *Los mismos Augustos y Césares á* EUSEBIO.— Como quiera que expones que tu hermana falleció antes que supiese si por su hermano se le había dejado algo de la herencia, es manifiesto y evidente, que antes que la difunta obrase como heredera ó admitiese la posesión de los bienes, no pudo transmitir esta sucesión á sus hermanos

Publicada en Triales las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos [293—304]

8 *Los mismos Augustos y Césares á* CLAUDIO — Aunque los herederos suyos no se hayan inmiscuído inmediatamente en los bienes paternos, sin embargo, ignorando que les había sido deferida la herencia, no pueden ser excluídos por la prescripción de largo tiempo de modo que con razón no la reivindiquen

Sancionada en Sirmio á 17 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos [293—304]

9 *Los mismos Augustos y Césares á* PLATÓN — Si en virtud de testamento del que fué tu curador, hecho legalmente, ó abintestato, fué deferida la herencia legítima, en este caso séale lícito adirla al que no repudió la herencia Así, pues, el gobernador de la provincia, á quien se hubiere recurrido, si aun no se obligaron á la herencia, deberá preguntarles, si son herederos, y si pidieren tiempo para deliberar, lo fijará moderado

Sancionada en Sirmio á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos [293—304]

(1) Thenaidi, Anthenaidi, *algunos mms*
(2) II, *inserta Bk*
(3) actus voluntas, *Russ al márgen*
(4) et, *insertan Sp Bk*
(5) Cassiae Philippae *el ms Bg*
(6) suo, *omiténla el ms Pl 1, y Hal*
(7) pervenire, *los mms. Pl 1. 2, y Hal Russ Cont 62*
(8) et CC, *omitenlas el ms Pl. 1, y el C Herm*
(9) *Los mms Cas Vat Pl 1 Bg, el C Herm, y S Perus*; Eusebiae, *la ed Nbg*; Eusebino, *Hal y los demás*
(10) cerneret vel, *inserta el C. Herm*
(11) admiserit, *los mms Pl 1 2, y la ed Schf*; peteret, *el C Herm*
(12) *El ms Bg, en el que posteriormente ha sido substituída por* defunctam *Consult, el C. Herm, y la ed Haenel*; defuncto, *el C Herm. y la ed Schult*; defunctam, *los mms Pl 1 2 Gt todos los mms de Russ y Hal*; defuncti, *las ed Nbg Russ. y las demás*
(13) PP X Kal. Mart. Iisdem AA. Conss, *el C Herm*
(14) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt Hal*; immiscuerint, *las demás ed.*
(15) VIIII, *omitiendo* S, *el ms. Pist*
(16) liceat, *el ms Bg, y la ed Schf*

**10** *Iidem AA et CC* SABINAE (1) —Si te bonis paternis maior quinque et viginti annis miscuisti (2), neque inopia patris te excusat, neque vis fratris, portionem tuam vel testamentum eripientis, arcere te (3) de exactione creditorum, qui iure civili pro hereditaria portione te conveniunt, potest

S XVI Kal Ianuar Sirmii, Caess Conss [294—305]

**11** *Iidem AA et CC* PHILUMENAE (4) —Renitente te, pater tuus, in cuius fuisti potestate, neque spem delatae tibi legitimae quaerenda successionis absumere (5), neque hereditarios manumittendo servos his praestare libertatem potuit

S VI (6) Id Februar Sirmii, Caess Conss [294—305]

**12** *Iidem AA et CC* ANTONIO (7) —Puberem agnoscentem bonorum possessionem, posteaquam ei fuit hereditas delata, pro herede gerere non ambigitur

S III Kal Decemb Caess Conss [294—305]

**13** *Iidem AA et CC* SCLEPOLIDI (8) —Suum heredem omissa bonorum possessione paternam successionem obtinere potuisse, certi iuris est

S III Id Decemb Nicomediae, Caess Conss [294—305]

**14** *Iidem AA et CC* FLAVIAE —Si sororii suae frater tuus civili vel honorario successit iure, licet res ex eius bonis descendentes non probetur tenuisse, heres tamen effectus contra possidentes experiri potest

S XII Kal Ianuar Nicomediae (9), Caess Conss [294—305]

**15** *Imp* CONSTANTIUS (10) *A ad* LEONTIUM, *Comitem Orientis* (11) —Non est dubium, si prius quam filius iussu patris adierit hereditatem, propriae potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hanc sibi potuisse quaerere

Dat VIII Id. (12) April LIMENIO et CATULINO Conss [349]

**16** *Impp* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA* ENNODIO (13) —Nec emere, nec donatum assequi, nec damnosam quisque (14) hereditatem adire compellitur

Dat VII (15) Kal Ianuar OLYBRIO et PROBINO Conss [395]

**17.** *Iidem et* THEODOSIUS *AAA* (16) ANTHEMIO

**10** *Los mismos Augustos y Césares á* SABINA —Si siendo mayor de veinticinco años te inmiscuiste en los bienes paternos, no te excusa la pobreza de tu padre, ni la violencia de tu hermano, que te arrebató tu porción ó el testamento, puede librarte de la exacción de los acreedores, que con sujeción al derecho civil te demandan con arreglo á la porción hereditaria

Sancionada en Sirmio á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**11** *Los mismos Augustos y Césares á* FILUMENA —Oponiéndote tu, no pudo tu padre, bajo cuya potestad estuviste, ni privar de la esperanza de que se adquiera la herencia legítima que te había sido deferida, ni, manumitiendo á esclavos de la herencia, darles la libertad

Sancionada en Sirmio á 6 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**12** *Los mismos Augustos y Césares á* ANTONIO —No se duda que obra como heredero el púbero que acepta la posesión de los bienes, después que le fué deferida la herencia

Sancionada á 3 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**13** *Los mismos Augustos y Césares á* SCLEPOLIDE —Es de derecho cierto, que el heredero suyo pudo, habiendo prescindido de la posesión de los bienes, obtener la sucesión paterna

Sancionada en Nicomedia á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**14** *Los mismos Augustos y Césares á* FLAVIA —Si tu hermano le sucedió á su hermana por derecho civil ú honorario, aunque no se pruebe que tuvo los bienes provenientes de los de ella, puede, sin embargo, hecho heredero, ejercitar acción contra los que los posean

Sancionada en Nicomedia á 12 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**15** *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* LEONCIO, *Conde de Oriente* —No es dudoso, que, si antes que por orden de su padre hubiere el hijo adido la herencia, se hubiera él hecho de propia autoridad, pudo él mismo por su propio arbitrio adquirirla para sí

Dada á 8 de los Idus de Abril, bajo el consulado de LIMENIO y de CATULINO [349]

**16** *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ENNODIO —Nadie es compelido ni á comprar, ni á aceptar una donación, ni á adir una herencia onerosa

Dada á 7 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO [395]

**17** *Los mismos y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTE-

---

(1) Sabino, Sabiniano, *muchos mms*

(2) *Los mms. Pl. 1 2. Bg Gt , y las ed Schf Hal*, immiscuisti *las ed Nbg. Russ y las demás*

(3) *El ms Pl 1 , Russ al márgen y Cont 62 Bk*, te, *omítenla los mms y las demás ed.*

(4) Philuminae, Philomenae Filiimonnae *algunos mms.*

(5) repudiando *añaden los mms Pl 2 Bg y la ed Schf*

(6) Dat VII , *el ms Pist el cual además omite* conss

(7) Antonino *S Per us*

(8) Archepolidi Archipolidi, Archipilidi, Anchepalidi *nuestros mms.*

(9) S D XVIIII k ian nice, *omitiendo* Caess , *el ms Pist*

(10) Constantinus, *erradamente S Per us*

(11) comitem ordinarium, *erradamente S Per us.*

(12) *El C Theod* , XVII Kal April *Hal y los demás*

(13) *Los mms. Pist Cas Vat Pl 1. Bg., Bk* ; Hennodio, *S Per us* , Ennoio, *el C Theod* , Annodio, *Hal. y los demás.*

(14) *Los mms Pl 1. 2 Bg. Gt las ed Nbg Hal , y el C Theod.* quisquam, *las ed Schf Russ y las demás*

(15) VI , *Hal Russ. Cont Char Pac contra el ms Pist y el C Theod*

(16) Iidem AA et Theod A , *los mms Cas Vat Pl 1;* Impr Theod A , *erradamente S Per us , porque la ley es de Arcadio*

*P. P.*—Cretionum scrupulosam solemnitatem hac lege penitus amputari decernimus.

Dat. V. (1) Kal. April. Constantinop. (2) HONORIO VII. et THEODOSIO II. (3) AA. Conss. [407.]

18. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA. ad Senatum.*—Si infanti, id est minori septem annis, in potestate patris vel avi vel proavi constituto vel constitutae, hereditas sit derelicta vel ab intestato delata a matre vel linea, ex qua mater descendit, vel aliis quibuscunque personis, licebit parentibus eius, sub quorum potestate est, adire eius nomine hereditatem vel bonorum possessionem petere.

§ 1.—Sed si hoc parens neglexerit, et in memorata aetate infans decesserit, tunc parentem quidem superstitem omnia, ex quacunque successione ad eundem infantem devoluta, iure patrio quasi iam infanti quaesita capere.

§ 2.—Parente vero non subsistente, si quidem post eius obitum tutor infanti sit vel datus fuerit, posse eum (4) etiam, adhuc infante pupillo constituto, eius nomine adire hereditatem, sive vivo parente sive post mortem eius ad eum devolutam, vel bonorum possessionem petere, et eo modo eidem infanti hereditatem quaerere.

§ 3.—Sin vero vel non sit tutor, vel, quum sit, ea facere neglexerit, tunc eodem infante in ea (5) aetate defuncto, omnes hereditates ad eum devolutas et non agnitas ita intelligi, quasi ab initio non essent ad eum delatae, et eo modo ad illas personas pervenient, quae vocabantur, si minime hereditas infanti fuisset delata. Ea vero, quae de infante in potestate parentum constituto statuimus, locum habebunt, et si quacunque causa sui iuris idem infans inveniatur.

§ 4.—Sin (6) autem septem annos aetatis pupillus excesserit, et priore parente mortuo in pupillari aetate fati munus impleverit, ea obtinere praecipimus, quae veteribus continentur legibus, nulla dubietate relicta, quin pupillus post impletos septem annos suae aetatis ipse adire hereditatem vel bonorum possessionem petere, consentiente parente, si sub eius potestate sit, vel cum tutoris auctoritate, si sui iuris sit, poterit (7), vel si non habeat tutorem, adire praetorem et eius decreto hoc ius consequi.

Dat. VII. (8) Id. Novemb. Ravennae, THEODOSIO XII. et VALENTINIANO II. AA. Conss. (9) [426.]

19. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI (10) *P. P.*—Quum (11) antiquioribus legibus, et praecipue in quaestionibus Iulii Pauli invenimus, filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes posse et in

MIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que en absoluto sea suprimida por esta ley la escrupulosa solemnidad de los días concedidos para la adición.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Abril, bajo el séptimo consulado de HONORIO y el segundo de TEODOSIO, Augustos. [407.]

18. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, al Senado.*—Si á un infante, esto es, á un menor de siete años, varón ó hembra, que se halle bajo la potestad del padre, ó del abuelo, ó del bisabuelo, se le hubiere dejado, ó deferido abintestato, una herencia por la madre ó por alguien de la línea de que desciende la madre, ó por otras cualesquiera personas, les será lícito á sus ascendientes, bajo cuya potestad está, adir en su nombre la herencia ó pedir la posesión de los bienes.

§ 1.—Pero si el ascendiente hubiere descuidado esto, y el infante hubiere fallecido en la mencionada edad, en este caso perciba por derecho paterno el ascendiente que sobreviva todo lo que por virtud de cualquier sucesión hubiera sido dejado al mismo infante, como si ya hubiere sido adquirido para el infante.

§ 2.—Mas no sobreviviendo ascendiente, si verdaderamente después de su muerte tuviera tutor el infante, ó se le hubiere dado, pueda también éste, aun siendo todavía infante el pupilo, adir en su nombre la herencia, dejada á él, ora en vida del ascendiente, ora después de su muerte, ó pedir la posesión de los bienes, y adquirir de este modo para el mismo infante la herencia.

§ 3.—Pero si no hubiera tutor, ó si, habiéndolo, hubiere descuidado hacer esto, en tal caso, fallecido el mismo infante en dicha edad, todas las herencias dejadas á él y no aceptadas sean consideradas lo mismo que si desde un principio no le hubiesen sido deferidas, y vayan de este modo á aquellas personas, que serían llamadas, si la herencia no le hubiese sido deferida al infante. Y esto que establecemos, respecto al infante constituído bajo la potestad de los ascendientes, tendrá lugar también si por cualquier causa se hallara siendo para el mismo infante de propio derecho.

§ 4.—Mas si el pupilo hubiere pasado de los siete años de edad, y muerto primero el ascendiente él hubiere fallecido en la edad pupilar, mandamos que se observen las disposiciones que se contienen en las antiguas leyes, sin que quede duda alguna sobre que el pupilo, después de cumplidos los siete años de su edad, podrá adir por sí mismo la herencia ó pedir la posesión de los bienes, consintiéndolo el ascendiente, si estuviera bajo su potestad, ó con la autoridad del tutor, si fuera de derecho propio, ó, si no tuviera tutor, dirigirse al Pretor y conseguir por decreto suyo este derecho.

Dada en Rávena á 7 de los Idus de Noviembre, bajo el duodécimo consulado de TEODOSIO y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [426.]

19. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Habiendo hallado en las antiguas leyes, y principalmente en las Cuestiones de Julio Paulo, que los hijos de familia

(1) XVI., *el C. Theod.*
(2) DD. NN., *inserta el C. Theod.*
(3) *El C. Theod. Bk.*; II., *omítenla Hal. y los demás.*
(4) eum, *anotan al márgen Russ. y Cont.*
(5) eadem, *las ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*; Si, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; possit, *Russ. y los demás.*
(8) *El ms. Pist.*; VI. *Hal. y otros*; VIII., *el C. Theod.*
(9) Valent.—Conss., *omítelas el ms. Pist.*
(10) Ioanni, *Cont. al márgen contra los cód.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.*; in, *insertan Cont. y los demás.*

suam posteritatem hanc (1) transmittere, et aliis (2) quibusdam adiectis, quae in huiusmodi personis (3) praecipua sunt, eam deliberationem et in omnes successores, sive cognatos sive extraneos, duximus esse protelandam. Ideoque sancimus: si quis vel ex testamento vel ab intestato vocatus deliberationem meruerit, vel (4) hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renuntiaverit, ut ex hac (5) causa deliberare videatur, sed (6) nec aliquid gesserit, quod aditionem vel pro herede gestionem inducit (7), praedictum arbitrium in successionem suam transmittat, ita tamen, ut unius anni spatio (8) eadem transmissio fuerit conclusa; et siquidem (9) is, qui sciens, hereditatem sibi esse vel ab intestato vel ex testamento delatam, deliberatione minime petita, intra annale tempus (10) decesserit, hoc (11) ius ad suam (12) successionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit insinuatum, vel ab intestato (13) vel aliter ei cognitum sit, heredem eum (14) vocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeundam vel renuntiandam hereditatem manifestaverit, is cum successione sua ab huiusmodi beneficio excludatur. Sin autem instante annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adeunda hereditate suis successoribus sine aliqua dubietate relinquat, quo completo nec heredibus eius alius regressus in hereditatem habendam servabitur.

Recitata Septimo (15) in novo consistorio palatii IUSTINIANI. Dat. III. Kal. Novemb. DECIO V. C. Cons. [529.]

**20** *Idem A.* IOANNI *P. P.* — Quidam elogio condito heredem scripsit in certas uncias, et post certa verba testamenti eundem in alias uncias vel tantas vel quantascunque, et tertio vel in (16) aliam partem hereditatis vel in quendam unciarum modum, ille autem unam institutionem vel duas admittens, unam vel duas vel quantascunque respuendas esse censuit. Quaerebatur apud veteres, si hoc ei (17) facere permittitur (18). Similique modo dubitabatur, si impuberem quis filium suum heredem ex parte instituit, et quendam extraneum in aliam partem (19), quem pupillariter substituit, et postquam testator decessit, pupillus quidem patri (20) heres exstitit, extraneus autem hereditatem adiit, et postea adhuc in prima aetate pupillus constitutus ab hac luce subtractus est, et pupillaris substitutio locum sibi vindicavit; quumque substitutus eandem partem admittere noluit, quaesitum est, si potest iam heres ex principali testamento factus

que deliberan sobre la herencia paterna podían transmitir este derecho también á su posteridad, con otras determinadas disposiciones, que son privativas para tales personas; hemos considerado que esta deliberación debía extenderse también á todos los sucesores, ya cognados, ya extraños. Y por lo tanto mandamos: si alguno, llamado ó por testamento ó abintestato, hubiere obtenido el derecho de deliberar, ó no hubiere ciertamente deliberado, pero no hubiere renunciado á la sucesión, de suerte que parezca que delibera por esta causa, mas no hubiere hecho algo que induzca la adición ó la gestión como heredero, transmita á su sucesión la antes mencionada facultad, pero de modo que esta misma transmisión se halle limitada al espacio de un solo año; y si el que sabiendo que ó abintestato ó por testamento le había sido deferida una herencia, hubiere, sin haber pedido la deliberación, fallecido dentro del término del año, haga extensivo este derecho á su sucesión dentro del término del año. Porque si él, después que el testamento hubiere sido insinuado, ó que abintestato ó de otro modo le fuera sabido que había sido llamado heredero, no hubiere, habiendo transcurrido el término del año, hecho nada por lo que haya manifestado que había de adir ó de renunciar la herencia, sea excluído con sus sucesores de este beneficio. Mas si hubiere fallecido corriendo el término del año, deje sin duda alguna á sus sucesores el restante tiempo para adir la herencia, y completado éste, no se les reservará á sus herederos recurso alguno para tener la herencia.

Recitada en Séptimo en el nuevo consistorio del palacio de JUSTINIANO. Dada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

**20** *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.* — Uno, habiendo hecho testamento, instituyó á otro heredero en ciertos dozavos, y después de algunas palabras del testamento instituyó al mismo en otros dozavos, ó tantos, ó cualesquiera, y en tercer lugar lo instituyó ó en otra parte de la herencia, ó en cierto número de dozavos, mas el instituído, admitiendo una ó dos instituciones, consideró que debía rechazar, una, ó dos, ó más. Se preguntaba por los antiguos, si le es permitido hacer esto. Y del mismo modo se dudaba, si uno instituyó heredero de una parte á su hijo impúbero, y de otra parte á un extraño, á quien lo nombró substituto del pupilo, y después que falleció el testador, el pupilo fué ciertamente heredero del padre, pero el extraño adió la herencia, y luego falleció el pupilo hallándose todavía en la primera edad, y llegó el caso de la substitución pupilar; y como el substituto no quiso admitir ésta parte, se

(1) hanc, *falta en el ms. Pl. 1., y en el ms. Bg. se halla* hoc.
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62. Bk.*; etiam, *insertan Russ. Cont. 66. y las demás.*
(3) personam, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt. y la ed. Schf.*; persona, *el ms. Pl. 2.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. y las ed. Nbg. Hal.*, si, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(5) hac *omítela el ms. Pl. 1.*
(6) si, *insertala la ed. Schf.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*, inducat, *Hal. y los demás.*
(8) spatiis, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(9) Et quidem, *omitiendo* si, *Russ. contra todos sus libros y los nuestros.* Et sic quidem, *conjetura Vangerow en ephemeridd. Archiv f. civilist. Prax. T. XXII. p. 156.*; Et si quidem, *las ed., menos Hal., pero todos ponen punto antes de* Et.
(10) intra annale tempus, *dice Russ. al márgen, que faltan en un códice antiguo.*
(11) omne, *omitiendo* hoc, *el ms. Pl. 2.*
(12) suam *omítela el ms. Bg.*
(13) *Los mms. Pl. 1. Bg.*, vel ex testamento, *insertan el ms. Pl. 2., y todas las ed.*
(14) eum, *omítela Hal.*
(15) septimilliario, *erradamente Cont. al márgen; véase Cuyacio Obss. XV. 3., en el ms. Pl. 1. se halla esta indicación* Recitata in novo septimo constitutoris palatii Iustiniani.
(16) in, *y el otro* in, *que sigue omítenlas los mms. Pl. 1. Gt.; el segundo* in *falta en el ms. Pl. 2., y en la ed. Schf.*
(17) ei, *omítenla los mms. Pl. 1. Gt.*
(18) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt. y la ed. Schf.*, permittatur, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(19) in alia parte, *los mms. Pl. 1. 2.*
(20) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.*; eius *insertan erradamente las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*

pupillarem substitutionem repudiare Utramque igitur dubitationem simul decidendam esse censemus Placuit etenim nobis, sive in institutionibus (1), sive in pupillari substitutione, ut vel omnia admittantur, vel omnia repudientur, et necessitas imponatur heredi particulari facto vel aliam aut alias partes hereditatis admittere (2), vel etiam substitutionem pupillarem

Dat. prid Kal Mai Constantinop post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV CC [531 ]

21 *Idem A* IOANNI *P P* —Quum aliquis scripsit heredem eum, qui de sua conditione ei, qui dominium eius vindicabat, in iudicio adversabatur, is autem, qui dominum sese (3) dicebat, adire eum hereditatem imperabat, ut acquisitio hereditatis per eum celebretur (4), indignatus est quasi domino ei parere Dubitatio veteribus exorta est, si qua poena ei imponitur (5) huiusmodi insolentiae Veteres in multas retrahuntur (6) sententias, sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causae (7) imponatur Et (8) si quidem ita scripta est institutio: «illum servum illius heredem instituo», quia apertissimum est, intuitu domini institutionem esse conscriptam, necesse est (9) omnimodo per competentem iudicem eum compelli adire quidem hereditatem et eam acquirere, nulli autem ex postfacto subiici gravamini, si liber pronuntietur, sed omne sive lucrum sive damnum ad eum redundare, qui in servitutem eum trahebat, et denegari ei et (10) adversus eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc praeiudicio generando Sin autem quasi liber institutus est, nulla domini vel servi (11) mentione in institutione (12) habita, tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem, nec denegari ei liberale iudicium, sed et hereditatem per suum ius decurrere, et liberale iudicium suam exspectare sententiam, sive agente eo sive pulsato, ut, si quidem servus pronuntietur, tunc domino suo hereditatem acquirat, sin autem liber, eam adipiscatur, si adire maluerit

Dat II Kal Mai Constantinop post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV CC [531 ]

22 *Idem A ad Senatum* — Scimus, iam duas esse promulgatas a nostra clementia constitutiones, unam quidem de his, qui deliberandum pro hereditate sibi delata existimaverunt (13), aliam autem de improvisis debitis et incerto exitu per diversas species eis imposito Sed etiam (14) veterem constitutionem (15) non ignoramus, quam divus Gordia-

pregunto, si puede, hecho ya heredero en virtud del testamento principal, repudiar la substitución pupilar Así, pues, creemos que se deben decidir al mismo tiempo ambas dudas En efecto, nos plugo, que, ya sea en las instituciones, ya en la substitución pupilar, ó se admita todo, ó se repudie todo, y se le imponga al que se hizo heredero particular la necesidad de admitir la otra ó las otras partes de la herencia, ó también la substitución pupilar

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Mayo, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [531 ]

21 *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio* —Habiendo uno instituído heredero al que en juicio sobre su propia condición se oponía á otro que reivindicaba su dominio, y mandándole el que se decía dueño que él adiese la herencia, para que por su medio se verificase la adquisición de la herencia, no se dignó obedecerle como á señor Entre los antiguos surgió duda sobre si por tal insolencia se le impondría alguna pena Los antiguos se dividen en muchas opiniones, pero nosotros creemos que su discordia ha de ser decidida de modo que se haga para el caso una delicada distinción Y, á la verdad, si la institución fué hecha de este modo: «instituyo heredero á aquel esclavo de fulano», como es evidentísimo que la institución fué hecha en consideración al señor, es de todos modos necesario que por el juez competente sea él compelido á adir en realidad la herencia y á adquirirla, pero sin que por hecho posterior quede sujeto á ningun gravámen, si fuera declarado libre, sino que todo lucro ó perjuicio recaiga sobre el que lo arrastraba á la esclavitud, y se denieguen para él y contra él todas las acciones de la herencia, no resultándole de esto ningun perjuicio Mas si fué instituído como libre, no habiéndose hecho en la institución ninguna mención de señor ó de esclavo, en este caso no sea de ningun modo compelido á adir la herencia, ni se le deniegue la acción sobre la libertad, sino que siga la herencia su curso legal, y espere el juicio sobre la libertad su propia sentencia, ora sea él actor, ora demandado, de suerte que, si verdaderamente fuese declarado esclavo, en este caso adquiera la herencia para su señor, y si libre, la obtenga él, si hubiere querido adirla

Dada en Constantinopla á 2 de las Calendas de Mayo, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531 ]

22 *El mismo Augusto al Senado* —Sabemos que ya han sido promulgadas por nuestra clemencia dos constituciones, una respecto á los que estimaron que se debía deliberar sobre la herencia á ellos deferida, y otra respecto á deudas imprevistas y al éxito dudoso señalado á estas por diversas circunstancias Pero tampoco desconocemos la antigua

---

(1) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los mms. de Russ, y las ed Nbg. Schf.*; institutione, *Hal y los demás*

(2) *En el ms Pl 1 parece que antes de la corrección se leía* amittere

(3) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; se esse, *Russ y los demás.*

(4) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y la ed Schf*; celebraretur, *las ed Nbg Hal. y las demás.*

(5) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ., y las ed Nbg Cont 62*; poena imponitur, *las ed Schf Hal Russ*; poena imponatur, *Cont. 66 y los demás*

(6) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, todos los mms. de Russ y las ed Nbg Schf. Hal*; trahuntur, *Russ y los demás*

(7) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y Hal Bk*; eis, *inserta la ed. Schf*; ei, *insertan las ed Nbg Russ y las demás*

(8) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal Russ. Cont 62*; ut, *Cont 66 y los demás, quienes antes de esta palabra ponen punto y coma*

(9) *Los mms. Pl 1 2 Bg Gt y las ed Nbg Schf Hal*; sit, *Russ y los demás*

(10) ei et, *omítelas el ms Pl 1*; et, *faltaba en el ms Bg, pero fué añadida después*

(11) domini ad servum, *el ms Pl 1*

(12) in institutione, *omítelas el ms Bg.*

(13) *Los mms. Pl 1 2. Bg. Gt y las ed Nbg Schf Hal*; existimaverint, *Russ y los demás*

(14) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal Cont 62*; et, *Russ. Cont 66 y los demás*

(15) *Véase el § 6 de la Inst II 19*

nus ad Platonem scripsit de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt, quatenus pro his tantummodo rebus conveniantur, quas in hereditate defuncti invenerint, ipsorum autem bona a creditoribus hereditariis non inquietentur; cuius sensus ad unam praefatarum constitutionum a nobis redactus est Arma etenim magis, quam iura scire milites sacratissimus legislator existimavit Ex omnibus itaque istis unam legem colligere nobis apparuit esse humanum, et non solum milites adiuvare huiusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere, non tantum si improvisum emerserit debitum, sed etiam si onerosam quis inveniat esse, quam adierit (1), hereditatem Ita enim nec satis necessarium deliberationis erit auxilium, nisi hominibus formidolosis, qui et ea timent, quae nulla digna sunt suspicione

§ 1 —Quum igitur hereditas ad quendam sive ex testamento, sive ab intestato fuerit (2) delata, sive ex asse, sive ex parte, si quidem recta via adire maluerit hereditatem, et spe certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet, nullo indiget inventario, quum omnibus creditoribus suppositus est (3), utpote hereditate ei ex sua voluntate infixa Similique modo, si non (4) titubante animo respuendam vel abstinendam esse crediderit hereditatem, ei (5) apertissime intra trium mensium spatium, ex quo ei cognitum fuerit, scriptum se esse vel vocatum heredem, (6) renuntiet, nullo nec inventario faciendo, nec alio circuitu exspectando, et (7) sit alienus (8) huiusmodi hereditate, sive onerosa sive lucrosa sit

§ 2 —Sin autem dubius est, utrumne admittenda sit, nec ne, defuncti hereditas, non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem vel sese immisceat, omni tamen modo inventarium ab ipso conficiatur, ut intra triginta dies, post apertas tabulas vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exordium capiat inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat Et hoc inventarium intra alios sexaginta dies modis omnibus impleatur sub praesentia tabulariorum ceterorumque, qui ad huiusmodi confectionem necessarii sunt Subscriptionem tamen supponere heredem necesse est, significantem et quantitatem rerum, et quod nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda res apud eum remanent (9), vel si ignarus sit litterarum, vel scribere praepediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro eo litteras supponat, venerabili signo (10) antea manu heredis praeposito, testibus videlicet assumendis, qui heredem cognoscant (11), et iubente eo (12), tabularium pro se subscribere, interfuerint

constitución, que el divino Gordiano dirigió á Platón acerca de los militares, que por ignorancia adieron una herencia, para que fueran demandados solamente en relación á los bienes que hubieren hallado en la herencia del difunto, y no fuesen amenazados sus propios bienes por los acreedores de la herencia; cuyo sentido fué llevado por nosotros á una de las antes mencionadas constituciones En efecto, el sacratísimo legislador estimó que los militares conocían mejor las armas que las leyes Así, pués, nos ha parecido razonable formar de todas estas una sola ley, y no solamente favorecer á los militares con este beneficio, sino extenderlo también á todos, no sólo si hubiere surgido una deuda imprevista, sino también si uno hallara que es onerosa la herencia que hubiere adido Porque de este modo ni aun será muy necesario el auxilio de la deliberación, sino para los hombres timoratos, que recelan aun de lo que no es digno de sospecha alguna

§ 1 —Así, pues, cuando á quien se le hubiere deferido, ó por testamento, ó abintestato, una herencia, ya en totalidad, ya en parte, si verdaderamente hubiere preferido adir por el camino recto la herencia, y esto lo hubiere hecho con segurísima esperanza, ó se hubiere inmiscuído en ella para no repudiarla después, no necesita de inventario alguno, porque quedó subrogado para todos los acreedores, pues se le adjudicó la herencia por su propia voluntad Y del mismo modo, si sin titubear hubiere creído que debía rechazar la herencia ó abstenerse de ella, renuncie muy claramente á ella dentro del espacio de tres meses, desde que le fuere conocido que él fué instituído ó llamado heredero, no debiéndose hacer inventario alguno, ni habiéndose de esperar otro rodeo, y sea ajeno á tal herencia, ya sea onerosa, ya lucrativa

§ 2 —Mas si dudase si haya de ser, ó no, admitida la herencia del difunto, no piense que le es necesaria la liberación, sino ada la herencia ó inmiscúyase, pero hágase de todos modos inventario por él mismo, de suerte que dentro de treinta días, contaderos después de haber sido abierto el testamento, ó después que le hubiere sido conocida la apertura del testamento, ó que hubiere sabido que le había sido deferida abintestato la herencia, se dé comienzo al inventario de los bienes que tenía el difunto al tiempo de su muerte Y termínese de todos modos este inventario dentro de otros sesenta días á presencia de los notarios y de las demás personas, que son necesarias para su confección Pero es necesario que el heredero lo subscriba con su firma, expresando tanto la cantidad de bienes, como que sin haberse hecho ni haberse de hacer por él respecto de ellos ningun acto malo quedan los bienes en su poder, ó, si no supiera de letras, ó no pudiera escribir, habrá de presentarse sólo para esto un notario especial, para que firme por él, habiéndose puesto antes de mano del heredero la venerable señal de la cruz, debiéndose tomar, por supuesto, testigos, que conozcan al heredero, y presencien que por mandato de éste firmó por él el notario

(1) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y la ed Schf*, adiit, *las ed Nbg. Hal y las demás*
(2) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y la ed Schf;* sit, *las ed Nbg. Hal y las demás*
(3) *Los mms. Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Schf Nbg Hal;* sit, *Russ y los demás*
(4) non, *parece que la rechazan las Bas que dicen εἰ μὲν σκαζούσῃ διανοίᾳ, pero probablemente se debe leer εἰ μὴ*
(5) *Los mms Pl. 2. Gt, y la ed. Nbg.;* eam, *el ms Bg;* vel et, *el ms Pl 1;* et, *las ed Schf Hal y las demás pero contra las Bas*
(6) *Los mms Pl 1. 2 Bg. Gt y las ed Nbg Schf Hal. Cont 62;* et, *insertan Russ Cont 66 y los demás contra todos los mms de Russ Véase la nota anterior*
(7) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf;* et, *omítenla Hal y los demás, pero las Bas dicen καὶ εἴη*
(8) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y las ed Nbg Hal Cont 62;* ab, *insertan las ed. Russ Schf. Cont. 66 y las demás*
(9) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y la ed Nbg*, remaneant, *las ed Schf Hal y las demás*
(10) crucis, *insertan las ed Schf Russ pero no se halla en las Bas*
(11) cognoscunt, *los mms. Pl 1 2. Gt y la ed Schf*
(12) iubenti ei, *los mms Pl 1 2 Bg y la ed Schf;* iubenti eas, *el ms Gt; pero el texto parece que concuerda mejor con las Bas, en las que se lee κελεύοντος αὐτοῦ*

§ 3 —Sin autem (1) locis, in quibus res (2) hereditariae vel maxima pars earum posita est, heredes abesse contigerit, tunc eis unius anni spatium a morte testatoris numerandum damus ad huiusmodi inventarii consumationem; sufficit enim praefatum tempus, etsi longissimis spatiis distant; tamen (3) dare eis facultatem inventarii conscribendi vel per se, vel per instructos procuratores in locis (4), ubi res positae sunt, mittendos

§ 4 —Et si praefatam observationem inventarii faciendi solidaverint, et (5) hereditatem sine periculo habeant, et legis Falcidiae adversus (6) legatarios utantur beneficio, ut in tantum hereditariis creditoribus teneantur, in quantum res substantiae ad eos devolutae valeant Et eis satisfaciant, qui primi veniant creditores (7), et, si nihil reliquum est, posteriores venientes repellantur, et nihil ex sua substantia penitus heredes amittant, ne, dum lucrum facere sperant, in damnum incidant Sed et (8) si legatarii interea venerint, et (9) eis satisfaciant ex hereditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex (10) earum forsitan venditione

§ 5 —Sin vero creditores, qui et (11) post emensum patrimonium necdum completi sunt, supervenient, neque ipsum heredem inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparaverunt (12) res, quarum pretia in legata vel fideicommissa vel alios creditores processerunt; licentia creditoribus non deneganda adversus legatarios venire, et (13) vel hypothecis vel indebiti condictione uti, et haec, quae acceperint, recuperare, quum satis absurdum est (14), creditoribus quidem ius suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero, qui pro lucro certant, suas partes legem (15) accommodare

§ 6 —Sin vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum, vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint, liceat aliis creditoribus, qui ex anterioribus veniunt hypothecis, adversus eos venire, et a posterioribus creditoribus (16) secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per (17) condictionem ex lege, nisi voluerint debitum eis offerre

§ 7 —Contra ipsum tamen heredem, secundum quod saepius dictum est, qui quantitatem rerum hereditariarum expendit (18), nulla actio extendatur

§ 8 —Sed nec adversus emtores rerum hereditariarum, quas ipse (19) pro solvendis debitis vel le-

§ 3 - Mas si aconteciere que los herederos están ausentes de los lugares en que están sitos los bienes de la herencia, ó la mayor parte de éstos, en este caso les damos para la formación de este inventario el espacio de un año, contadero desde la muerte del testador; porque basta el susodicho tiempo, aunque disten entre sí muchísimo; dándoles, sin embargo, facultad para hacer el inventario ó por sí mismos, ó por medio de procuradores que hayan de enviarse con instrucciones á los lugares en que se hallan sitos los bienes

§ 4 —Y si hubieren ejecutado las susodichas formalidades para hacer el inventario, tengan sin riesgo la herencia, y utilicen contra los legatarios el beneficio de la ley Falcidia, de suerte que queden obligados á los acreedores de la herencia por tanto cuanto valgan los bienes de la herencia dejada á ellos Y paguen á los acreedores que acudan primero, y, si no queda ningún sobrante, sean repelidos los que vayan después, y no pierdan los herederos absolutamente nada de sus bienes propios, para que no sufran quebranto, esperando realizar un lucro Pero si entretanto se hubieren presentado los legatarios, páguenles también de la herencia del difunto, ó con los mismos bienes, ó acaso con el producto de su venta

§ 5 —Mas si compareciesen acreedores, que aun no hubieren sido satisfechos después de agotado el patrimonio, no se les permita molestar al mismo heredero, ni á los que de él compraron bienes, cuyo importe se aplicó á legados, ó á fideicomisos ó á otros acreedores; no debiéndose denegar á los acreedores permiso para dirigirse contra los legatarios y utilizar ó las acciones hipotecarias, ó la condicción de lo no debido, y recuperar lo que aquellos hubieren recibido, porque es bastante absurdo que á los acreedores que verdaderamente persiguen su derecho se les deniegue el legítimo auxilio, y que á los legatarios, que contienden por un lucro, les preste la ley su eficacia

§ 6 —Pero si los herederos hubieren dado los bienes de la herencia á acreedores de la misma en pago de deudas, ó les hubieren satisfecho mediante la entrega de dinero, séales lícito á otros acreedores, que proceden de anteriores hipotecas, dirigirse contra ellos, y con arreglo á las leyes quitárselos á los acreedores posteriores, ya mediante la acción hipotecaria, ya por la condicción nacida de la ley, si no hubieren querido pagarles la deuda

§ 7 —Mas, conforme á lo que repetidas veces se ha dicho no se extienda ninguna acción contra el mismo heredero, que consumió en pagos el importe de los bienes de la herencia

§ 8 —Pero tampoco se le permita á otro dirigirse contra los compradores de bienes de la herencia,

(1) *Los mms Pl 1 2 Gt., todos los libros de Russ., y las ed Schf Hal*; a, *insertan el ms Bg y las ed Nbg Russ y las demás*

(2) fuerint, *insertan las ed. Nbg Hal*

(3) *Los mms. Pl 1 2 Bg Gt todos los de Russ y las ed Nbg. Schf Hal.*; placuit, *insertan Russ y los demás*

(4) *Los mms Pl. 1. 2 Bg Gt, todos los mms de Russ y las ed Nbg Schf. Hal*; loca, *Russ y los demás*

(5) *Los mms Pl. 1 2. Bg Gt todos los libros de Russ, y las ed Schf Cont 62*; et, *omitenla las ed Nbg Hal y las demás*

(6) adversos, *la ed Nbg, indudablemente por errata, que luego pasó á la ed de Hal*

(7) creditoribus, *dice Russ al márgen que se halla en todos los mms; pero de los nuestros sólo se lee en el ms Pl 2*; ex creditoribus, *conjetura el mismo al márgen*

(8) et, *omitenla los mms Pl 1 Bg. Gt.*

(9) *Los mms Pl 1 2 Bg, y las ed Nbg Hal Cont 62 Bk*; et, *omitenla las ed Schf Russ. y las demás*

(10) ex, *omitenla el ms Gt, y Hal*

(11) *Los mms. Pl 1. 2 Gt. todos los libros de Russ y las ed. Nbg Schf Hal Cont 62*; et, *omitenla el ms Bg, Russ y los demás*

(12) comparaverint, *las ed Schf Russ y después las demás*

(13) *Los mms Pl. 1 Bg Gt y las ed. Schf Hal Cont 62*; et, *omitenla el ms. Pl. 2. y las demás ed*

(15) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; si, *Russ. y los demás*

(14) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y la ed Schf*; leges, *las ed Nbg. Hal y las demás*

(16) creditoribus, *dice Russ al márgen que falta en todos los mms, pero sin duda por error pues se halla en todos los nuestros*

(17) per, *omitenla el ms Pl 1, y las ed Nbg Hal*

(18) expenderit, *los mms. Pl 1 2 Bg. y la ed Schf*

(19) *Los mms Pl 1 2 Gt, las ed. Nbg Cont 62 y Hal en el texto*; debitor, *inserta el ms. Bg*; heres, *insertan Hal en la nota, y las ed Schf Russ Cont 66 y las demás*

gatis vendidit, venire alii concedatur (1), quum satis anterioribus creditoribus a nobis provisum est, vel ad posteriores creditores, vel ad legatarios pervenientibus, et suum ius persequentibus.

§ 9.—In computatione autem patrimonii damus ei (2) excipere et retinere, quidquid in funus expendit, vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel in alias necessarias causas hereditatis (3) approbaverit sese persolvisse. Sin (4) vero et ipse aliquas contra defunctum habebat (5) actiones, non hae confundantur, sed similem (6) aliis creditoribus per omnia habeat (7) fortunam, temporum tamen praerogativa inter creditores servanda.

§ 10.—Licentia danda creditoribus seu legatariis vel fideicommissariis, si maiorem putaverint esse substantiam a defuncto derelictam, quam heres in inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est approbare, vel per tormenta forsitan servorum hereditariorum, secundum anteriorem nostram legem, quae de quaestione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si aliae probationes defecerint, ut, undique veritate exquisita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex huiusmodi sentiat hereditate; illo videlicet observando, ut, si ex hereditate aliquid heredes surripuerint, vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum hoc restituere vel hereditatis quantitati computare compellantur.

§ 11.—Donec tamen inventarium conscribitur, vel si res (8) praesto sint, intra tres menses, vel si abfuerint, intra annale spatium secundum anteriorem distinctionem, nulla erit licentia neque creditoribus, neque legatariis vel fideicommissariis eos (9) inquietare, vel ad iudicium vocare (10), vel res hereditarias quasi ex hypothecarum auctoritate vindicare, sed sit hoc spatium ipso iure pro deliberatione heredibus concessum, nullo scilicet ex (11) hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem praescriptionem praeiudicio generando.

§ 12.—Sin vero, postquam adierint vel sese immiscuerint (12), praesentes vel absentes inventarium facere distulerint, et datum iam a nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit, tunc ex eo ipso, quod inventarium secundum formam praesentis constitutionis non fecerunt (13), et heredes esse omnimodo intelligantur, et debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostrae beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt.

§ 13.—Et haec quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam (14) curaverint, quam putamus quidem penitus post hanc legem esse supervacuam, et debere ei derogari; quum

que el mismo heredero vendió para pagar deudas ó legados, pues bastante se ha proveído por nosotros respecto á anteriores acreedores, que se dirigen á acreedores posteriores, ó á legatarios, y que persiguen su propio derecho.

§ 9.—Mas le concedemos que en el cómputo del patrimonio exceptue y retenga todo lo que gastó en funeral, ó lo que probare haber pagado para la insinuación del testamento, ó para la formación del inventario, ó por otras causas necesarias de la herencia. Pero si también él tenía algunas acciones contra el difunto, no se confundan, sino tenga él en absoluto suerte igual á la de los demás acreedores, observándose, sin embargo, entre los acreedores la prerogativa de las fechas.

§ 10.—Habiéndose de dar á los acreedores, ó á los legatarios, ó á los fideicomisarios, si hubieren creído que la herencia dejada por el difunto era mayor que la que el heredero consignó en el inventario, permiso para probar, por los medios legales que quisieren, lo que hay además, ora acaso mediante el tormento de los esclavos de la herencia, conforme á nuestra ley anterior que habla del tormento de los esclavos, ora por medio de juramento del mismo, si faltaren otras pruebas, á fin de que, averiguada de todos modos la verdad, el heredero no experimente lucro ni daño alguno por causa de esta herencia; debiéndose, á la verdad, observar esto, que si los herederos hubieren substraído, u ocultado, ó cuidado de amover alguna cosa de la herencia, sean compelidos, después que hubieren sido convictos, á restituirla, ó á computarla, en el duplo, para la cuantía de la herencia.

§ 11.—Pero mientras se forma el inventario, ó dentro de tres meses si los bienes estuvieran presentes, ó dentro del espacio de un año, conforme á la distinción anterior, si se hallaren en otra parte, no tendrán permiso alguno ni los acreedores, ni los legatarios ó los fideicomisarios, para molestarlos, ó citarlos á juicio, ó reivindicar los bienes de la herencia como por virtud de las hipotecas, sino que se considerará concedido de derecho á los herederos este espacio para la deliberación, sin que, por supuesto, se haya de originar por virtud de este intervalo ningun perjuicio á los acreedores de la herencia respecto á la prescripción temporal.

§ 12.—Mas si, después que hubieren adido la herencia ó se hubieren inmiscuído en ella, hubieren diferido, estando presentes ó ausentes, hacer el inventario, y hubiere transcurrido el tiempo ya dado por nosotros para la formación del inventario, en este caso, por el mero hecho de no haber formado el inventario con arreglo á nuestra constitución, sean en absoluto considerados herederos, y estén obligados á la totalidad de las deudas de la herencia, y no disfruten del beneficio de nuestra ley, que consideraron que podían desatender.

§ 13.—Y, á la verdad, sancionamos estas disposiciones respecto á aquellos que no se hubieren cuidado de pedir deliberación alguna, que ciertamente creemos que es del todo supérflua después

(1) alicui concedatur, *el ms Bg y Cont 62.*, aliis concedatur, *la ed Schf*; alii concedantur, *los mms Pl 1 Gt, y la ed Nbg.*; ea concedantur, *Russ. al márgen*.
(2) *Los mms. Pl 1. 2 Bg Gt. y la ed Schf*; licentiam, *insertan las ed Nbg Hal y las demás, desaprobándolo Cont al márgen*.
(3) hereditarias, *las ed. Nbg Hal*.
(4) *Los mms Pl 1 2 Bg y las ed Nbg Schf*; Si, *Hal y los demás*.
(5) habet, *el ms. Bg.*
(6) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ, y la ed Schf*; cum, *insertan las ed Nbg Hal. y las demás*.
(7) habeant, *el ms Bg*; habet, *los mms Pl 1 2*.

(8) heredes, *el ms. Gt, pero contra todos nuestros libros*.
(9) *Los mms Pl 1 2. Bg. Gt, y la ed Schf*; vel, *insertan las ed Nbg Hal y las demás*.
(10) revocare, *Hal*.
(11) nulloque ex, *las ed Nbg Hal*.
(12) *Aquí suprimen la coma Hal Russ Cont 62 y la ponen después de* absentes.
(13) *Los mms Pl 1 2 Bg, y la ed Schf*; fecerint, *las ed Nbg Hal y las demás*.
(14) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los de Russ, y Hal Cont. 62*; esse, *insertan las ed Nbg Schf Russ Cont 66 y las demás*.

enim liceat (1) et adire hereditatem, et sine damno ab ea discedere ex praesentis legis auctoritate, quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine vel callida machinatione pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiversari, et hereditatem inspicere, et alias contra (2) eam machinationes excogitare, et eandem deliberationem flebilibus assertionibus repetita prece saepius accipere; ne quis nos putaverit antiquitatis penitus esse contemtores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel a nobis vel a nostris iudicibus, non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno anno, a nostris vero iudicibus novem mensibus, ut neque ex imperiali largitate (3) aliud tempus eis indulgeatur, sed etsi fuerit datum, pro nihilo habeatur Semel enim et non saepius eam peti concedimus

§ 14.—Sin autem hoc (4) aliquis fecerit et inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem (5) inventarium cum omni subtilitate facere), non liceat ei post tempus praestitutum, si non recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostrae legis uti beneficio, sed in solidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur Quum enim gemini tramites inventi sunt (6), unus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit (7), alter autem rudis et novus a nostro numine (8) repertus, per quem et (9) adeuntes sine damno conservantur, electionem ei damus vel nostram constitutionem eligere et beneficium eius sentire, vel, si eam aspernandam existimaverit et ad deliberationis auxilium convolaverit, eius effectum habere; et si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur, et non secundum modum patrimonii, sed etsi (10) exiguus sit census hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari, et sibi imputet, qui pro novo beneficio vetus (11) elegerit gravamen Et ideo et in (12) ipsam deliberationis dationem et divinum rescriptum super hoc promulgandum (13) hoc adiici volumus, ut sciant omnes, quod omnimodo post petitam deliberationem, si adierint vel pro herede gesserint vel non recusaverint hereditatem, omnibus in solidum hereditariis oneribus teneantur Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, et vel adierit hereditatem vel minime eam repudiaverit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiae beneficio minime utatur. Quodsi post deliberandum (14) recusaverit, inventario minime conscripto, tunc res hereditatis (15) creditoribus vel his, qui ad hereditatem vocantur, legibus (16) reddere compelletur (17), quantitate earum sacramento res accipientium

de esta ley, y que debe ser derogada; porque, siendo lícito adir la herencia, y separarse de ella sin riesgo por la autoridad de la presente ley, qué lugar se deja para la deliberación? Mas como algunos ó por vano temor, ó por astuta maquinación, estiman que es necesario suplicarnos para deliberar, supuesto que les es lícito vacilar el tiempo de un año, é inspeccionar la herencia, é imaginar contra ella otras maquinaciones, y obtener muchas veces con repetidas suplicas de lacrimosas afirmaciones esta misma deliberación; para que no piense alguno que en absoluto somos menospreciadores de la antigüedad, les concedemos ciertamente que pidan la deliberación, ó á nosotros ó á nuestros jueces, pero á la alteza imperial no más que por un año y á nuestros jueces por nueve meses, de suerte que ni por liberalidad imperial se les conceda otro término, sino que, aun cuando se les hubiere dado, sea considerado nulo Porque concedemos que sea pedida una sola vez y no muchas

§ 14.—Mas si alguno hubiere hecho esto, y hubiere formado el inventario (porque es absolutamente necesario que el que delibera haga inventario con toda minuciosidad), no le sea lícito después del tiempo prefijado, si no hubiere rehusado la herencia, sino que hubiere preferido adirla, utilizar el beneficio de nuestra ley, sino quede obligado por la totalidad á todos los acreedores conforme á las antiguas leyes Porque habiéndose hallado dos trámites, uno procedente de las anteriores, que dió la deliberacion, y otro tosco y nuevo encontrado por nuestro numen, por el cual aun los que aden la herencia son mantenidos sin perjuicio, les damos la elección ó para escoger nuestra constitución y disfrutar de su beneficio, ó, si hubiere estimado que debía rechazarla, y hubiere recurrido al auxilio de la deliberación, para que obtenga el efecto de ésta; y si no hubiere rehusado la herencia dentro del término concedido, esté obligado por la totalidad á todas las deudas de la herencia, y no con arreglo á la cuantía del patrimonio, sino que aun cuando sea exiguo el importe de la herencia, esté, sin embargo, obligado como heredero á la totalidad, é impútese á sí mismo haber elegido el antiguo gravámen en lugar del nuevo beneficio Y, por lo tanto, queremos que se añada esto á la misma concesión de la deliberación y al divino rescripto que sobre esto se ha de promulgar, para que sepan todos, que, después de pedida la deliberación, si hubieren adido la herencia, ó hubieren obrado como herederos, ó hubieren rehusado la herencia, estarán en todo caso obligados á la totalidad de todas las cargas de la herencia Mas si con temerario propósito hubiere uno pedido la deliberación, pero no hubiere formalizado el inventario, y, ó hubiere adido la herencia, ó de ninguna manera la hubiere repudiado, no solamente esté obligado por la totalidad á los acreedores, sino que tampoco uti-

(1) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg. Schf*; ei, *inserta la ed Schf*; eis, *insertan Russ y los demás*
(2) *En el ms Pl 2 parece que se lee* circa
(3) largitione, *la ed Nbg y Hal en el texto*
(4) et hoc, *Russ al márgen*
(5) deliberantes, *los mms Bg Gt y Cont. 62*
(6) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y las ed Nbg Schf Hal*; sint, *Russ. y los demás*
(7) dederunt, *los mms Pl 1 Bg Gt*; dederint, *el ms Pl 2 y la ed Schf*
(8) nomine, *los mms Pl. 2 Bg Gt, y la ed Nbg*; *pero véase Cuyacio Obs XXVIII 1.*
(9) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y las ed Nbg Schf*; et, *omítenla Hal y los demás.*
(10) *Los mms Pl 1 2. Bg Gt, y las ed Nbg Hal*; etiam si; *las ed Schf Russ y las demás*

(11) vetus, *omítela Hal*
(12) *Los mms Pl 1 Bg Gt, y las ed Schf Hal*; ideo in, *el ms Pl 2, y la ed Nbg*; ideo ad, *Russ. y los demás*
(13) *Los mms Pl 1 2 Gt y las ed Schf Hal*; sup. hoc permulgandum *el ms. Bg*; sup hoc promulgatum, *la ed Nbg*; super hac promulgatum, *Russ y los demás*
(14) *Los mms. Pl 1. 2 Bg Gt todos los mms de Russ, y la ed Schf* deliberationem, *las ed Nbg Hal y las demás*
(15) *Los mms Pl 1 2 Bg, y la ed Schf*; hereditariis, *las ed Nbg Hal y las demás.*
(16) a legibus, *las ed. Nbg Hal Bk, poniendo la coma anterior después de* legibus.
(17) compellatur, *el ms Gt, y las ed Nbg Hal Bk.*

manifestanda, cum taxatione tamen a iudice statuenda

§ 15 —Notissimum autem est, ex (1) hac constitutione, quae omnes casus continet, nostris constitutionibus iam pro eisdem capitulis (2) promulgatis esse derogatum, quarum altera et (3) Gordianae constitutionis sensus continebatur Quum enim amplior e tractatu habito melior exitus inventus est (4), et tribus constitutionibus in unum congregatis, unus appareat (5) et in milites et in alios omnes iuris probabilis articulus; quapropter (6) ex anterioribus inquietari nostro subiectos imperio non (7) patimur, scilicet ut milites, etsi propter simplicitatem praesentis legis subtilitatem non observaverint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint Quam, patres conscripti, in huiusmodi casibus in posterum obtinere sancimus

Dat V Kal Decemb post consulatum Lampadii et Orestis VV CC [531 ]

## TIT XXXI

### DE REPUDIANDA VEL ABSTINENDA HEREDITATE

1 *Imp* Antoninus *A* Muciano (8) —Si paterna hereditate te abstinuisse constiterit, et non ut heredem in domo, sed ut inquilinum vel custodem vel ex alia iusta ratione habitasse liquido fuerit probatum, ex persona patris conveniri te procurator meus prohibebit

PP Id Iul (9) Messala et Sabino Conss. [214 ]

2 *Idem A* Severo (10) —Si paterna hereditate (11) abstinuisti, non ideo, quod a creditoribus fundos comparasti, si modo id bona fide fecisti, a posterioribus, qui sub eisdem obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure conveniris

S (12) PP V (13) Kal Iul Laeto II et Cereale Conss [215.]

3 *Impp* Diocletianus *et* Maximianus *AA et CC* Theodotiano (14) —Suus heres exceptione pacti, qui testamentum iniustum asseverans, postea nihil se de paterna successione petiturum non ex causa donationis, sed transigendi animo in iure

(1) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Schf Hal*; ex, *omítenla las ed Nbg Russ y las demás*
(2) eodem capitulo, *los mms Pl 1 2 Gt*
(3) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y la ed Nbg*; etiam, *las ed Schf Hal y las demás*
(4) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt y las ed Nbg Schf Hal*; sit, *Russ y los demás*
(5) *Los mms Pl 1. 2 Gt, y las ed Schf Hal*, appareat, *el ms Bg y las ed. Nbg Russ y las demás*
(6) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ y las ed Nbg Schf Hal*, eapropter, *Russ y los demás*
(7) non, *omítenla los mms Pl 1 2*

lice el beneficio de la ley Falcidia Pero si la hubiere rehusado después de deliberar, no habiendo hecho inventario, en este caso será compelido por las leyes á restituir los bienes de la herencia á los acreedores, ó á los que son llamados á la herencia, habiéndose de manifestar su cuantía con juramento de los que reciben los bienes, pero con tasación que ha de hacerse por el juez

§ 15 —Mas es evidentísimo, que en virtud de esta constitución, que comprende todos los casos, fueron derogadas las constituciones nuestras ya promulgadas sobre los mismos capítulos, en una de las que estaba contenido también el espíritu de la constitución de Gordiano Y como habiéndose hecho un tratado más amplio se ha obtenido mejor éxito, y reunidas en una tres constituciones resulta un solo artículo de derecho admisible así respecto á los militares como á todos los demás por esta razón no consentimos que sean molestados en virtud de las anteriores constituciones los subditos de nuestro imperio, por supuesto, á fin de que los militares, aun cuando por su sencillez no hubieren observado las minuciosidades de la presente ley, estén, sin embargo, obligados á tanto cuanto hubieren hallado en la herencia La cual constitucion mandamos, padres conscriptos, que esté en vigor en lo sucesivo en los casos de esta naturaleza

Dada á 5 de las Calendas de Diciembre, después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos [531 ]

## TÍTULO XXXI

### DE LA REPUDIACIÓN Ó DE LA ABSTENCIÓN DE LA HERENCIA

1 *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Muciano —Si constare que te abstuviste de la herencia paterna, y se hubiere claramente probado que habitaste en la casa no como heredero, sino como inquilino, ó guarda, ó por otra justa razón, mi procurador prohibirá que se te demande en representación de la persona de tu padre

Publicada los Idus de Julio, bajo el consulado de Messala y de Sabino [214 ]

2 *El mismo Augusto á* Severo —Si te abstuviste de la herencia paterna, no porque á acreedores les compraste fundos, si lo hiciste de buena fe, eres demandado en derecho por acreedores posteriores, que bajo las mismas obligaciones le prestaron dinero á tu padre

Sancionada y publicada á 5 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de Leto y el de Cereal [215 ]

3 *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Teodociano —El heredero suyo, que, aseverando que es injusto el testamento, después manifestó en derecho no por causa de donación, sino con ánimo de transigir, que no pedirá

(8) M. tiano, ó Muciano, *los mms Pist Cas Vat Pl 1 Bg, S Petrus, y la ed. Nbg.* Mutatio, *Hal y los demás*
(9) III Kal Iul, *el ms Pist*
(10) Sabino, *el ms Pl 1.*; Emiliano, *la ed Nbg*
(11) *Los mms Pl 1 2 Bg. Gt, todos los mms de Russ, y las ed. Nbg Schf Hal Cont 62*; te, *insertan Russ Cont 66 y las demás*
(12) S., *omítela el ms Pist*
(13) III, *el ms Pist, en el que no se lee el nombre del segundo cónsul*
(14) *Así los más y los mejores mms*; Theodosiano, *otros*

professus est, quum respuere quaesitam nequiret hereditatem, et transactio, nullo dato vel retento seu promisso, minime procedat, submoveri non potest

S VIII Kal Ianuar Nicomediae, Caess Conss (1) [294—302]

4 *Iidem AA et CC* MODESTINO, *militi* (2) — Sicut maior quinque et viginti (3) annis, antequam adeat, delatam repudians successionem, post quaerere non potest, ita quaesitam renuntiando nihil agit, sed ius, quod habuit, retinet, nec quod confessos in iure (4) pro iudicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi (5) confitentem (6) pertinet

S (7) V Kal Ianuar Sirmii, AA Conss (8) [299—304]

5 *Iidem AA et CC* CLAUDIANAE (9) — Pupillorum repudiatio delatae hereditatis sine tutore auctore facta, nihil eis nocet

S (10) prid (11) Kal Ianuar Sirmii, AA Conss [299—304]

6 *Imp* IUSTINIANUS *A*. IOANNI *P P* — Si quis suus (12) recusaverit paternam hereditatem, deinde maluerit eam adire, quum fuerat indistincte (13) ei permissum (14), donec res paternae in eodem statu permanent (15), hoc facere, et post multum tempus (16) licebat ei ad eandem hereditatem redire, hoc corrigentes sancimus, si quidem res iam venditae sint (17), ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur; quod et antiquitas observabat Sin autem res alienatae non sint (18), si quidem maior annis constitutus est, et tempora restitutionis nulla ei supersunt, intra trium annorum tantummodo spatium huiusmodi ei detur licentia Sin autem vel minor est vel in utili tempore constitutus, tunc post completum (19) quadriennium, quod spatium pro utili anno, qui restitutionibus dabatur, praestitum (20) est, aliud triennium ei indulgeri, intra quod potest, rebus in suo statu manentibus, adire hereditatem et suam abdicationem revocare Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam hereditatem ei reservetur, nisi forte, adhuc eo in minore aetate constituto, res venditae sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, et res recuperare, et creditoribus paternis satisfacere

Dat XV Kal Novemb Constantinop post con

nada de la sucesión paterna, no puede ser repelido con la excepción de pacto, porque no podría rechazar la herencia adquirida, y no es de ningún modo procedente la transacción, no habiéndose dado, ó retenido, ó prometido nada

Sancionada en Nicomedia á 8 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares [294—302]

4 *Los mismos Augustos y Césares á* MODESTINO, *militar* —Así como el mayor de veinticinco años, que repudia, antes de adirla, la sucesión deferida, no puede adquirirla después, así tampoco hace nada renunciando la adquirida, sino que retiene el derecho que tuvo, y lo que se estableció, que los confesos en derecho se considerasen como juzgados, no se refiere á la manifestación del que repudia la herencia, sino al que confiesa que es debida cierta cantidad

Dada en Sirmio á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos [299—304]

5 *Los mismos Augustos y Césares á* CLAUDIANA —La repudiación de la herencia deferida, hecha por los pupilos sin la autoridad del tutor, en nada les perjudica

Sancionada en Sirmio á 1 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos [299—304]

6 *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio* —Si algun heredero suyo hubiere rehusado la herencia paterna, y después hubiere preferido adirla, como indistintamente le había sido permitido hacerlo, mientras los bienes paternos permanecen en el mismo estado, y después de mucho tiempo le era lícito volver á la misma herencia, corrigiendo nosotros esto mandamos, que, si verdaderamente se hubieran ya vendido los bienes, no se le reserve ningun regreso á la herencia; lo que también la antigüedad lo observaba Mas si los bienes no hubieran sido enajenados, si verdaderamente se hizo de mayor de edad, y no le queda tiempo alguno para la restitución, désele tal permiso solamente dentro del espacio de tres años Pero si ó es menor, ó se halla en tiempo util, en este caso, después de cumplido un cuadrienio, cuyo espacio se concedió en lugar del año util que se daba para las restituciones, se le otorga otro trienio, dentro del cual puede, permaneciendo los bienes en su estado, adir la herencia y revocar su abdicación Y transcurrido este tiempo, no se le reserve absolutamente ningun acceso á la herencia paterna, á no ser acaso que los bienes hubieran sido vendidos hallándose él todavía en la menor edad Porque en este caso, mediante la restitución por entero no se le deniega que ada la herencia, y recupere los bienes, y pague á los acreedores de su padre

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de

(1) *Según la ley 38 C II 4*
(2) militi, *falta en los mms Cas Vat Pl 1. Bg., S Perus*
(3) *Los mms Pl 1 2 Bg , y la ed Schf*; viginti quinque, *Hal y los demás*
(4) in iure, *omitenlas los mms Pl 1 2 Bg Gt , y las ed Nbg Schf.*
(5) debere, *el ms. Pl 2*
(6) confitentis, *Char al márgen.*
(7) S , *omitela el ms Pist , el cual confirma el dia y el lugar*
(8) a et css , *el ms Pist , debiéndose leer acaso* A et C Conss
(9) Claudio, *S Perus*
(10) S., *omitela el ms Pist*
(11) *El ms Pist* ; II *Hal y los demás*
(12) Si quis suus heres, *el ms Bg y las ed. Nbg Schf* ; Si quis filius, *el ms Pl 1* ; Si quis filius heres, *Cont al márgen*
(13) indistricte, *el ms. Pl 1.*
(14) *Los mms Pl 1. 2 Bg Gt , los antiguos libros de Russ y de Cont , y las ed Nbg Schf Cont 62 Bk* ; remissum, *Hal y los demás*
(15) remanent, *el ms Pl 1* ; remanerent, *el ms Pl 2 , y las ed Nbg Schf.*
(16) temporis, *Russ y después los demás, contra nuestros mms , los de Russ., y el cód Gt*
(17) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt , y la ed Schf* ; sunt, *las ed Nbg Hal y las demás*
(18) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt , y la ed Schf* ; sunt, *las ed Nbg Hal y las demás*
(19) *Los mms Pl 1 2 Bg., todos los mms de Russ , y la ed Nbg* ; impletum, *las ed. Schf. Hal y las demás*
(20) *Los mms. Pl 1 2 Bg , todos los mms de Russ y las ed Nbg Schf Hal* ; praestitutum, *Russ y los demás*

sulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo (1). [532.]

## TIT. XXXII

### QUEMADMODUM TESTAMENTA APERIANTUR ET (2) INSPICIANTUR ET DESCRIBANTUR

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* PROCULAE (3). — Ut testamentum, quod dicis factum, proferatur et publice recitetur, competens iudex iubebit.

PP. prid. (4) Kal. April. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

2. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* ALEXANDRO. — Testamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur (5), affirmans, potes illic (6) proferre (7), ut (8) secundum leges moresque locorum insinuentur, ita scilicet, ut, testibus non praesentibus, adire prius vel pro tribunali vel per libellum rectorem provinciae procures, ac permittente eo honestos viros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur, et ab his rursum obsignentur.

PP. XII. Kal. Ianuar. MAXIMO II. et GLABRIONE Conss. [256.]

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (9) ARISTOTELI. — Eius, quod ad causam novissimi patris vestri iudicii pertinet, de calumnia tibi iuranti, (praeter partem, quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur) inspiciendi ac describendi, praeter diem et consulem, tibi (10) rector provinciae facultatem fieri iubebit.

Dat. VI. Kal. Mai. Caess. Conss. [294—305.]

4. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA. ad* HESPERIUM (11) *P. P.* — Codicillos seu scripturam quolibet tenore formatam (12) ea oportebit observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur.

Dat. III. Kal. August. (13) Mediolani (14), AUSONIO et OLYBRIO Conss. [379.]

## TIT. XXXIII

### DE EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM (15) MITTATUR

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (16) LUCILLO (17). — Quum inter institutum et substitutum

(1) anno sec., *faltan en Hal. en el texto, pero se hallan en la nota; confirma esta indicación de la fecha el ms. Pist.*
(2) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg. Gt., S. Perus, y Cont. 62;* et, *omítenla las demás ed.*
(3) Proculo, *ó* Proculo P. P., *Russ. al márgen contra nuestros cód.*
(4) *El ms. Pist. confirma esta indicación de la fecha;* II., *Hal. y los demás.*
(5) proferantur, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los libros de Russ. y la ed. Schf.;* illuc, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. todos los libros de Russ. y las ed. Nbg. Schf. Hal.,* perferre, *Russ. y los demás.*
(8) ut, *la colocan después de* locorum, *el ms. Gt. y las ed. Nbg. Hal.*

Noviembre, en el año segundo después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [532.]

## TÍTULO XXXII

### DE QUÉ MODO SE ABREN, SE INSPECCIONAN Y SE COPIAN LOS TESTAMENTOS

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* PRÓCULA. —El juez competente mandará que se presente y se lea públicamente el testamento que dices que se hizo.

Publicada á 1 de las Calendas de Abril, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* ALEJANDRO. —Afirmando que las tablas del testamento te fueron dadas por tu padre para que fueran llevadas á su patria, puedes llevarlas allí á fin de que sean insinuadas con arreglo á las leyes y á las costumbres de la localidad, pero de suerte que, no estando presentes los testigos, procures dirigirte primeramente al gobernador de la provincia, ó hallándose en el tribunal, ó por medio de instancia, y hagas, permitiéndotelo él, que comparezcan hombres honrados, en cuya presencia sean abiertas, y sean de nuevo selladas por ellos.

Publicada á 12 de las Calendas de Enero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de GLABRIÓN. [256.]

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ARISTÓTELES. —El gobernador de la provincia mandará que á tí, que juras de calumnia, se te dé facultad para inspeccionar y copiar, exceptuando el día y el nombre del cónsul, el escrito que se refiere á la causa de la última voluntad de vuestro padre, (salvo la parte que el difunto prohibió que se abriera, ó que se dice que afecta á ignominia de alguno).

Dada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

4. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* HESPERIO, *Prefecto del Pretorio.* —Convendrá que los codicilos, ó la escritura de cualquier manera formada, sean publicados con las mismas formalidades con que se abren los testamentos.

Dada en Milán á 3 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de AUSONIO y de OLIBRIO. [379.]

## TÍTULO XXXIII

### DE LA DEROGACION DEL EDICTO DEL DIVINO ADRIANO, Y DE CÓMO ES PUESTO EN POSESION EL HEREDERO INSTITUÍDO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* LUCILO. —Cuando entre el instituido y el subs-

(9) AA. et CC., *omítelas el ms. Vat.*, et CC., *omítenlas los mms. Cas. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62, S. Perus.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* tibi, *omítenlas Cont. 66 y los demás.*
(11) Esperium, Sperium, Herium, *algunos mms.;* Tiberium *Russ. al márgen.*
(12) firmatam, *el ms. Pl. 1; pero* [illegible], *las Bas.*
(13) Dat. prid. Kal. Aug. Acc. IV. Kal. Sept., *omitiendo el lugar, la ley 6. C. Th. VIII. 18.*
(14) Mediolano *el ms. Pist.*
(15) possessione, *los mms. Pist. Cas. Pl. 1. 2.*
(16) Impp. Severus A. et Antoninus C., *Bk., pero contra los cód. y las ed.*
(17) Lucillae, Lucilliae, *algunos mms.*

controversia moveatur, eum, qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet

PP XII (1) Kal Decemb DEXTRO (2) et PRISCO Conss [196.]

§ 1 — Con igual razón se ha de observar también esto, que el testador que determinó hacer testamento, si no lo hubiere podido acabar, sea considerado que falleció intestado, y no sea lícito hacer pasar como por codicilos su última voluntad á la interpretación de fideicomiso, á no ser que él hubiera expresado esto, para que la escritura deba obtener también la fuerza de los codicilos; subsistiendo, por supuesto, aquel derecho de elección, á fin de que el que hubiere querido ejercitar la acción de testamento, no pueda pasar á la de fideicomiso

§ 2 — Pero si alguno de los ascendientes de ambos sexos y de los descendientes, ligado por los vínculos de la agnación hasta el cuarto grado, ó unido por el lazo de la cognación hasta el tercero, hubiere sido instituído heredero por escrito ó de palabra, á saber, en el testamento que el testador quiso que hiciera también las veces de codicilos, le será lícito recurrir al auxilio del fideicomiso, si, ejercitando conforme á la voluntad del difunto la

(1) *El ms Pl 2, y Hal*; mandaverit *los demás mms y ed*
(2) Constantius, *Hal, corrigiéndolo después él mismo*
(3) daretur, *conjetura Cujacio Obss. XVIII 9*
(4) ac substituendi, *omítelas el ms Bg*
(5) scriptura, *los mms Pl 1 Bg y la ed Schf*
(6) ut si, *el C Theod*
(7) si, *el ms Pl. 1.*
(8) *Los mms. Pl 1 2. Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; vel, *el C Theod*; sive, *Russ y los demás*
(9) inter ipsius iuris, *los mms Pl 1 2.*
(10) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ, las ed Nbg Schf, y el C Theod*; adimplere, *Hal y los demás*
(11) *El ms. Pl 1. según corrección las ed Nbg Schf Russ Cont 62, y el C Theod*; intestato, *los mms Pl 2 Bg, Hal Cont. 66 y los demás*
(12) nisi si, *el C Theod*
(13) vero, *insertan los mms Pl. 1 2 Bg. y la ed Nbg*
(14) usque, *omítenla los mms Pl 1 2 Gt, pero en el ms Bg ha sido añadida después*
(15) *Los mms Pl 1 2 Bg. Gt., y las ed. Nbg Schf*; forte, *omítela Hal*; forsitan, *inserta el C Theod*

commissi subsidium convolare Non enim par eademque ratio videtur, amittere (1) debita, et lucra non capere (2)

§ 3 —In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes, vel rogati vel qui fortuitu (3) venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi, sive in scriptis sive sine scriptis voluntas conficiatur; testibus videlicet, quando in scriptura (4) voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus

Dat X (5) Kal Mart Constantinop VICTORE V C Cons [424 ]

## TIT XXXVII

### DE LEGATIS

1 *Imp* ANTONINUS PIUS *A* (6) *libertis* SEXTIAE BASILIAE (7) —Quamvis verbis his: «ut quoad (8) cum Claudio Iusto morati essetis», alimenta vobis et vestiarium legatum sit, tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti (9) eadem vobis praestari voluerit

Sine die et consule

2 *Impp* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA* (10) SABINIANO.—Quamvis heres institutus hereditatem vendiderit, tamen legata et fideicommissa ab eo peti possunt, et quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fideiussoribus eius petere poterit

PP X Kal Septemb LATERANO et RUFINO Conss (11) [197 ]

3 *Iidem AA* VICTORINO —Qui post testamentum factum praedia, quae legavit, pignori vel hypothecae dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur; et ideo etiam, si in personam actio electa est, recte placuit, ab herede praedia liberari

PP VI Kal Mai GENTIANO et BASSO Conss (12) [211 ]

4 *Imp* ANTONINUS *A* SULPICIO —Servis testamento dominorum non data libertate, legatum seu fideicommissum relictum non valet, nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sunt (13)

PP V Kal Iul ANTONINO A. IV et BALBINO (14) Conss [213 ]

5 *Idem A* DONATO —Non est dubium, denegari

acción de herencia en virtud del testamento, hubiere sido acaso vencido, ó si verdaderamente él mismo lo hubiere querido espontáneamente Por que no parece que hay igual y la misma razón para perder uno lo que se le debe, y para no adquirir lucros

§ 3 —Pero para toda ultima voluntad, excepto el testamento, deben presentarse en un mismo tiempo cinco testigos, ó rogados, ó que accidentalmente acudieren, ora se consigne la voluntad por escrito, ora sin escritura; poniendo, por supuesto, su firma los testigos, cuando la voluntad se consigna en escritura

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de VICTOR, varón esclarecido [424 ]

## TÍTULO XXXVII

### DE LOS LEGADOS

1 *El Emperador* ANTONINO PIO, *Augusto, á los libertos de* SEXTIA BASILIA —Auque se os hayan legado los alimentos y el vestido con estas palabras: «para mientras hubieseis vivido con Claudio Justo», interpreto, sin embargo, que la intención del difunto fué esta, que quería que se os prestasen las mismas cosas aun después de la muerte de Justo

Sin designación de día ni de consul

2 *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* SABINIANO —Aunque el heredero instituido hubiere vendido la herencia, se le pueden pedir, sin embargo, los legados y los fideicomisos, y lo que por tal título hubiere sido dado lo podrá pedir el vendedor al comprador ó á sus fiadores

Publicada á 10 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197 ]

3 *Los mismos Augustos á* VICTORINO —El que después de haber hecho testamento dió en prenda ó en hipoteca los predios que legó, no se considera que cambió de voluntad respecto á la persona de los legatarios; y por lo tanto, con razón se determinó, que, si se eligió la acción personal, también se liberen por el heredero los predios

Publicada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de GENCIANO y de BASSO [211 ]

4 *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* SULPICIO —No habiéndoseles dado la libertad á los esclavos en el testamento de sus señores, no es válido el legado ó el fideicomiso que se les dejó, y no puede convalidarse aunque por alguna razón hayan conseguido la libertad después de la muerte del testador

Publicada á 5 de las Calendas de Julio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO [213 ]

5 *El mismo Augusto á* DONATO —No es dudoso,

---

(1) admittere, *Russ Cont al márgen, y el C Theod según la ed Sichard*

(2) lucro non carere *Russ al márgen según un códice*

(3) fortuito, *las ed. Nbg. Cont. 62 Bk contra nuestros mms*

(4) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt , y las ed Nbg Hal ;* scriptis, *las ed Schf Russ y las demás*

(5) *Russ y casi todos los códices del C Theod , según dice Haenel. en la nota;* XVI , *el C Theod y la ed Gothofr ;* XV , *Hal y los demás*

(6) Pius, *colocan después de* A *los mms Cas Pl 1 , la ed Nbg , y S Perus*

(7) *Ley 13 § 1 D. XXXIV. 1 ;* Sextiliae Basiliae (Basilicae), *los mms Cas Vat Bg ;* Sextiliae, *el ms Pl 1 , las ed Nbg Hal y las demás, y S Perus*

(8) *Los mms. Pl. 2 Bg , todos los mms de Russ , y la ed Schf ;* ut, *omitela el ms. Pl 1*

(9) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt., todos los mms de Russ , las ed Schf Hal Dig 13 § 1 XXXIV 1 ;* Claudii *insertan las ed Nbg Russ y las demás*

(10) Severus A et Antoninus C , *Bk , contra los códices*

(11) *Confirma esta indicación de la fecha el ms Pist.*

(12) *Confirma también esta indicación de la fecha el ms Pist*

(13) *Los mms Pl 1. 2 Bg Gt , y las ed Nbg Schf Hal ;* sint, *Russ. y los demás*

(14) A III et Albino, *el ms Pist*

actionem legatorum ei pro portione competente in his rebus, quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit

PP V Id Septemb ANTONINO A IV et BALBINO Conss [213]

6 *Idem A* IULIO (1) — Si legata relicta primus legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Pontianae facta evanuit

PP VIII Kal Mai Romae, LAETO II et CEREALE Conss [215]

7 *Idem A* FAUSTO — Si Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per praeceptionem, ac mox tibi legavit, concursu dominium eius tibi quoque quaeritur

§ 1 — Error autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis vel de (2) possessionibus legatis non ambigitur (3), ius legati dati non minuit

PP V Id Iul LAETO II et CEREALE Conss [215]

8 *Idem A* DEMETRIO — Ab administratione tutelae religio sacramenti Marcellum, quem vobis a patre tutorem datum testamento proponitis, eripit Quae res, quominus legatum consequatur, non impedit; nec enim iuste ab ea petitione repellitur, quum, etiamsi vellet tutelam administrare, prohibeatur

PP VIII Id Mart Romae, SABINO II et ANULINO Conss [216]

9 *Imp* ALEXANDER *A* ANTIOCHO — Si in fraudem eorum, quae testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret, praeses provinciae secundum iurisdictionis formam solvi legata iubebit, interposita cautione, si evicta fuerit hereditas, ea restituturum (4), quamvis alias tunc cautioni locus sit, quum sine controversia legata solvantur

PP VII Id Febr MAXIMO II et AELIANO Conss [223]

10 *Idem A* INGENUAE — Quum alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens, tam ex legato quam ex fideicommisso ab eo, qui legatum seu fideicommissum meruit, peti potest Quodsi suam esse putavit, non aliter valet relictum, nisi proximae personae, vel uxori vel alii tali personae, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse

PP. V Kal Febr ALBINO et MAXIMO Conss [227]

11 *Idem A* ALBINIANO — Filia legatorum non habet actionem, si ea, quae ei (5) testamento re-

que en la proporción que le compete se le deniega al legatario la acción de legados respecto á aquellas cosas que hubiere aparecido que substrajo de la herencia

Publicada á 5 de los Idus de Septiembre, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO [213]

6 *El mismo Augusto á* JULIO — Si el primer legatario aceptó los legados dejados, se desvaneció la substitución de los mismos hecha á favor de Ponciana

Publicada en Roma á 8 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL [215]

7 *El mismo Augusto á* FAUSTO — Si tu padre prelegó primeramente á tus hermanos el fundo Fortidiano, y después te lo legó á tí, se adquiere también para tí en concurrencia el dominio del mismo

§ 1 — Mas el error de los nombres cometido en la escritura, si no se duda respecto á los esclavos ó á las posesiones legadas, no menoscaba el derecho del legado dado

Publicada á 5 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL [215]

8. *El mismo Augusto á* DEMETRIO — La religión del juramento arrancó de la administración de la tutela á Marcelo, que, según exponéis, os fué dado como tutor por vuestro padre en su testamento Esto no impide que obtenga su legado; porque no es repelido de su petición con justicia, pues, aunque quisiera administrar la tutela, le sería prohibido

Publicada en Roma á 8 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO [216]

9 *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ANTIOCO — Si en fraude de las cosas que fueron dejadas por testamento fué admitido un acusador, que dijese que era falso el testamento, el presidente de la provincia mandará, en la forma de su jurisdicción, que se paguen los legados, habiéndose interpuesto caución de que el legatario los restituirá, si se hubiere hecho evicción de la herencia, aun cuando por otra parte haya lugar á la caución siempre y cuando sin controversia se paguen los legados

Publicada á 7 de los Idus de Febrero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO [223]

10 *El mismo Augusto á* INGÉNUA — Cuando alguno hubiere dejado una cosa ajena, si verdaderamente á sabiendas, puede ser pedida, tanto por razón de legado como por la de fideicomiso, por el que mereció el legado ó el fideicomiso Pero si creyó que era suya, no vale de otra suerte lo dejado, sino si hubiera sido dado á un próximo pariente, ó á la mujer, ó á otra persona semejante, á la cual la hubiese de haber legado aunque hubiese sabido que la cosa era ajena

Publicada á 5 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de ALBINO y de MÁXIMO [227]

11 *El mismo Augusto á* ALBINIANO — La hija no tiene la acción de legados, si las cosas que le dejó

(1) *Los mss Cas Vat Pl 1 Bg*; Iuliano, *las ed Nbg Hal y las demás*

(2) *Los mss Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Hal*; de, *omítenla los demás.*

(3) ambigunt, *Hal Russ, contra todos los mss de Russ*

(4) restituturi, *Char al márgen, según el libro de Aured., Cujacio Obss XVIII 9*; restitutum iri, *Giphan Cód T II p 118*

(5) *Los mss Pl 1 2 Gt, y Hal*; ex *inserta el ms Bg, y la ed Schf*; in, *insertan las ed Nbg Russ y las demás*

liquit, vivus pater postea (1) in dotem dedit (2)

PP (3) V Non Mart POMPEIANO et PELIGNO (4) Conss [231 ]

en el testamento se las dió después en dote su padre en vida

Publicada á 5 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de POMPEYANO y de PELIGNO [231 ]

12 *Imp* GORDIANUS *A* MUCIANO —Quum responso viri prudentissimi Papiniani, quod precibus insertum est, praeceptionis legatum et omissa parte hereditatis vindicari posse declaratur (5), intelligis, desiderio tuo iuxta iuris formam esse consultum Verba vero responsi haec sunt Filiae mater praedium ita legavit: «praecipito sumito extra partem hereditatis»; quum hereditati matris filia renuntiasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est

PP constitutio V Id Iul SABINO II et VENUSTO Conss [240 ]

12 *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* MUCIANO —Como en la respuesta del sapientísimo Papiniano, que fué insertada en tus súplicas, se declara que el prelegado puede ser reivindicado aun habiéndose prescindido de la parte de la herencia, ten entendido que se proveyó á tu deseo con arreglo á derecho Mas las palabras de la respuesta son estas Una madre legó así un predio á su hija: «retira antes, toma, fuera de la parte de herencia»; y aun cuando la hija hubiese renunciado á la herencia de su madre, se consideró, sin embargo, que con derecho reivindica ella el legado

Publicada la Constitución á 5 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de SABINO y el de VENUSTO [240 ]

13 *Impp* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA* (6) SEVERAE —Proprias tuas res legari vel fideicommitti tibi non potuisse manifestum (7) est

PP XV Kal Mai MAXIMO II et AQUILINO (8) Conss [286 ]

13 *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* SEVERA —Es evidente que no se te pudieron legar ó dejar por fideicomiso tus propias cosas

Publicada á 15 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO [286 ]

14 *Iidem* (9) *AA* TATIANO (10) —Monumenta quidem legari non posse manifestum est, ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur

PP II Kal Septemb MAXIMO II: et AQUILINO Conss [286 ]

14 *Los mismos Augustos á* TACIANO —Es verdaderamente manifiesto, que no se pueden legar los sepulcros, pero á nadie se le prohibe legar el derecho de enterrar un muerto

Publicada á 2 de las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO [286 ]

15 *Iidem AA* TERENTIO *et aliis* (11) —Si universae facultates, quas pater vester reliquit, debito fiscali aut privato absumuntur, nihil ex his, quae (12) testamento eius adscripta sunt, valere potest Quodsi deducto debito in relictis bonis superfluum est, libertates impediri iuris ratio non permittit, quin (13) etiam legata nec non (14) fideicommissa, salva lege Falcidia, praestanda sunt

PP III Kal Octob ipsis IV et III AA Conss [290 ]

15 *Los mismos Augustos á* TERENCIO *y á otros* —Si todos los bienes que dejó vuestro padre son absorbidos por una deuda fiscal ó privada, no puede ser válido nada de lo que se escribió en su testamento Pero si deducida la deuda quedó algún sobrante en los bienes dejados, la razón del derecho no permite que se impidan las manumisiones, sino que también se han de pagar los legados y los fideicomisos, quedando salva la ley Falcidia

Publicada á 3 de las Calendas de Octubre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos [290 ]

16 *Iidem AA et CC* SYLLAE —Creditor, si a debitore suo rem, quam pignoris nomine susceperat (15), legatam sibi contendit, etiam debito ab heredibus eius oblato, quominus restituat, defendi potest

S XVIII Kal Februar Sirmii, Caess Conss. [294—305 ]

16 *Los mismos Augustos y Césares á* SILA —Si un acreedor sostiene que por su deudor le había sido legada la cosa que había recibido á título de prenda, puede defenderse para no restituirla, aun habiéndosele ofrecido por los herederos su precio

Sancionada en Sirmio á 18 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares [294—305 ]

17 *Iidem AA et CC* EUTYCHIANO —Datum legatum adimi tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis, placuit

Dat III Non Mart Caess Conss [294—305 ]

17 *Los mismos Augustos y Césares á* EUTIQUIANO —Se determinó, que el legado dado podía ser quitado, tanto puramente como bajo condición, no solamente á los libertos, sino también á los ingénuos

Dada á 3 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de los Césares [294—305 ]

---

(1) vivus postea pater, *el ms Pl 2, y las ed Nbg. Hal*
(2) *Los mms Pl. 1 2. Bg Gt, y las ed. Nbg Hal Russ Cont 62. Bk*; dederit, *Cont 66 y los demás*
(3) D, *el ms Pist.*
(4) Pelignianc, *Bk, según los fastos*
(5) *Los mms Pl. 1 2. Bg. Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; declaretur, *Russ y los demás*
(6) Id A *el ms. Bg.*
(7) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt. y las ed Nbg Hal Russ Cont 62.*; certum, *las ed Schf Cont. 66 y las demás*
(8) Max II et Eliano, *el ms Pist*
(9) Imp Diocl et Max, *el ms Bg*
(10) Ticiano, *el ms Pl 1*
(11) et aliis *omitenlas los mms Pist Cas Vat Pl 1 Bg, la ed Nbg., y S. Perus*
(12) ex, *insertan las ed Nbg. Hal Russ Cont 62*
(13) quando, *el ms Pl 1 todos los mms de Russ, y las ed Nbg Hal, car l gl*
(14) legata vel, *el ms Bg*
(15) susceperit, *el ms Pl 1*

**18** *Iidem AA et CC* Iustino — Ex legato nominis, actionibus ab his, qui successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest, utilibus (1) autem suo nomine experietur

Dat VI Id Decemb Caess Conss [294—305]

**19** *Iidem AA et CC* Niconi — Non tantum duum (2) mensium, sed et minoris temporis maritus uxori (3) testamento scriptus succedit, nec legata vel fideicommissa seu donationes temporis huius angustia capi prohibet

Dat V Id Decemb Nicomediae, Caess Conss [294—305]

**20** *Iidem AA et CC* (4) Eutychiano — Uxor patrui tui si testata decesserit, res tuas (5) tantum usumfructum earum habens, legare non potuit

Dat VII Kal Ianuar Caess Conss [294—305]

**21** *Imp* Constantius *A* (6) *ad populum* — In legatis vel fideicommissis verborum necessaria non sit observantia, ita ut nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi usus effuderit

Dat Kal Februar Laodiceae (7), Constantio II et Constante Conss [339]

**22** *Imp* Iustinianus *A* Mennae *P P* — In annalibus legatis vel fideicommissis, quae testator non solum certae personae, sed etiam (8) eius heredibus praestari voluit, eorum exactionem omnibus heredibus et eorum heredum heredibus conservari (9) pro voluntate (10) testatoris praecipimus

Dat III Id Decemb Constantinop Dn Iustiniano A PP II Cons [528]

**23** *Idem A* Iuliano *P P* — Quum quaestio talis de significatione verborum animos veterum (11) movit, si quis cuidam agrum Cornelianum puta vel alium quempiam (12) in solidum legaverit, deinde alii partem eius dimidiam, quantam portionem primus, quantam secundus legatarius consequitur (simili dubitatione et in hereditate et in fideicommissis habita), quumque computationes multae introducebantur et multis ratiocinatoribus (13) dignae; nos huiusmodi computationes quasi superfluas et contrarias voluntati testatorum (14) omnes esse

**18** *Los mismos Augustos y Césares á* Justino. — En virtud del legado de un crédito, no habiendo sido cedidas las acciones por los que sucedieron, no puede ciertamente el legatario tener las acciones directas, pero ejercitará en su propio nombre las utiles

Dada á 6 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**19** *Los mismos Augustos y Césares á* Nicon — El marido no solamente de dos meses, sino aun de menor tiempo, sucede á su mujer habiendo sido instituído en el testamento, y por la brevedad de aquel tiempo no se le prohibe que adquiera los legados, ó los fideicomisos, ó las donaciones

Dada en Nicomedia á 5 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**20** *Los mismos Augustos y Césares á* Eutiquiano — Si habiendo testado hubiere fallecido la mujer de tu tio paterno, no pudo legar tus bienes teniendo solamente el usufruto de los mismos

Dada á 7 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares [294—305]

**21** *El Emperador* Constancio, *Augusto, al pueblo* — En los legados ó en los fideicomisos no sea necesario el empleo de determinadas palabras, de tal suerte que no importe nada absolutamente qué caso de las palabras haya expresado tal voluntad, ó que uno haya descuidado el uso del lenguaje

Dada en Laodicea las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de Constancio y el de Constante [339]

**22** *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Prefecto del Pretorio* — Mandamos, que en los legados ó fideicomisos anuales, que el testador quiso que se pagaran no solamente á cierta persona, sino también á los herederos de ésta, se conserve para todos los herederos y para los herederos de los herederos la exacción de los mismos, conforme á la voluntad del testador

Dada en Constantinopla á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto perpétuo [528]

**23** *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio* — Como en el caso de que uno hubiere legado á otro, por ejemplo, el campo Corneliano u otro cualquiera, por entero, y después á otro la mitad del mismo, perturbó la inteligencia de los antiguos esta cuestión sobre la significación de las palabras, qué porción obtiene el primero, y cuál el segundo, (habiéndose tenido análoga duda tanto respecto á la herencia como en cuanto á los fideicomisos), y como se introducían muchas computaciones, y atendibles para muchos calculadores,

---

(1) utilius, *var. l gl.*
(2) *Los mms Pl. 1 Gt., Hal. y Cuyacio Obss XVIII 9;* duorum, *los mms Pl 2. Bg, y las demás ed.*
(3) *Los mms Pl 1. 2 Bg Gt y las ed. Nbg Hal Russ Cont 62. Bk;* uxoris, *las ed Schf Cont 66 y las demás.*
(4) *Los mms Pist Pl 1.;* Idem a et c, *S Perus;* Iidem AA, *los demás*
(5) tibi, *añade el ms Pl 1*
(6) *Indican un sólo emperador los mms Cas Vat Pl 1 2 Bg., y las ed Nbg Hal en el texto y S Perus, pero difieren en el nombre, consignando unos el de Constantino, otros el de Constante, y otros el de Constancio; el texto concuerda con la ley 9 C VI 9, y sigue á God;* Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA, *Hal en la nota, Russ y los demás*
(7) *La ley 9 C VI 9, Jac Gothof; el lugar falta en Hal y en los demás*

(8) *Los mms Pl. 1 2 Bg, y las ed Nbg Schf Hal Bk;* et, *Russ. y los demás*
(9) *Los mms. Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal Cont 62.;* servari, *Russ Cont 66. y los demás*
(10) ex voluntate, *los mms Pl 1 2;* per voluntatem, *las ed Nbg Hal*
(11) veteres *el ms Bg., el ms. Gt. antes de la corrección, la ed Schf, y Cuyacio Obss XVIII 9;* veteres, *omitiendo* animos, *Russ al márgen*
(12) quendam, *los mms Pl 1 2 Bg Gt., y la ed. Nbg*
(13) *Los mms Pl 2 Bg Gt, y los antiguos libros según Cuyacio;* ratiocinilis, *el ms Pl 1 según corrección;* ratiocinationibus, *las ed*
(14) *Los mms Pl 1 2 Bg y las ed Nbg Schf;* testatoris, *Hal y los demás*

sopiendas censemus. Quum enim manifestissimum (1) est, eum, qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit, alii autem postea sex, recessisse quidem a priore voluntate, voluisse autem minui eam sex unciis, quum alii eas obtulit, et praesens casus exitum apertissimum inveniet. Si quis itaque vel agrum vel hereditatem reliquerit, primo quidem in totum, secundo autem in partem dimidiam, utrumque in sex uncias esse vel dominum rei legatae vel heredem. Et si tota re primo relicta, tertiam partem secundo reliquerit, secundum praedictum modum octo quidem uncias vel agri vel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem partem vel quatuor uncias ad secundum migrare. Et sic in omnibus statuendum est, id est in hereditatibus vel legatis vel fideicommissis; vestigia enim voluntatis testatoris non aliter, nisi per huiusmodi viam, aestimanda (2) sunt.

nosotros estimamos que todas estas computaciones deben ser abolidas como superfluas y contrarias á la voluntad de los testadores. Porque como es evidentísimo que el que en un principio dejó á otro los doce dozavos de una cosa, y después á otro seis, se separó ciertamente de la primer voluntad, y quiso que fuera disminuída en seis dozavos, puesto que se los ofreció á otro, también hallará facilísima resolución el presente caso. Así, pues, si uno hubiere dejado un campo ó una herencia, al primero ciertamente en totalidad, pero al segundo en la mitad, uno y otro son, en seis dozavos, ó dueños de la cosa legada ó herederos. Y si dejada toda la cosa al primero hubiere dejado la tercera parte al segundo, quedan ciertamente, conforme á la manera antes dicha, ocho dozavos del campo ó de la herencia en poder del primero, pero la tercera parte, ó sean cuatro dozavos, pasa al segundo. Y así se ha de determinar para todo, esto es, para las herencias, ó los legados, ó los fideicomisos; porque no se han de estimar de otra manera, sino por este procedimiento, los indicios de la voluntad del testador.

§ 1.—Sed et aliam disceptationem iuris antiqui non absimilem constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim, si quis agrum Cornelianum vel forte alium vel quandam rem cuidam legaverit, et postea iterum vel saepius ei eandem rem per legatum vel fideicommissum dederit, post talia (3) autem verba testamenti Sempronio eundem agrum vel aliam rem legaverit, ut saepius quidem fuisset Titii mentio, semel autem Sempronii, quid statuendum est (4), et quid iuris sit, si coniunctim aut (5) separatim eis relinquatur, sive in legato hoc consistat, sive in hereditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquam controversiam sancimus, cuicunque (6) fuerit vel (7) hereditas vel ager in memoratis casibus, sive coniunctim, sive soli, sive saepius eidem relictus, aequa lance et hereditatem et agrum et aliam quamcunque rem dividi, et ad dimidiam partem unumquemque vocari, nisi specialiter expresserit et dixerit testator, tantas quidem partes velle unum, tantas autem alterum habere. In omnibus etenim testatoris voluntatem, quae legitima est, dominari censemus.

§ 1.—Pero también nos pareció conveniente decidir otra discusión, no desemejante, entablada en el antiguo derecho. Porque discutíase, si uno hubiere legado á otro el campo Corneliano, ó quizá otro, ó cierta cosa, y luego le hubiere dado de nuevo ó muchas veces por legado ó fideicomiso la misma cosa, y después de tales palabras del testamento hubiere legado á Sempronio el mismo campo ó la otra cosa, de suerte que de Ticio se hubiese hecho ciertamente mención muchas veces, pero de Sempronio solamente una, ¿qué se ha de determinar, y qué derecho habrá, si se les deja conjunta ó separadamente, ya la cosa consista en un legado, ya en una herencia? Así, pues, decidiendo esta antigua controversia, mandamos, que cualquiera que fuere á quien en los mencionados casos se le hubiere dejado ó una herencia ó un campo, ora conjuntamente, ora á él solo, ora muchas veces al mismo, se divida con igual proporción así la herencia como el campo y otra cualquier cosa, y sea llamado cada uno á la mitad, á no ser que especialmente hubiere expresado y dicho el testador, que quería que uno tuviera tantas partes, y tantas el otro. Porque en todos los casos queremos que prevalezca la voluntad del testador, que es legítima.

Dat. XV. Kal. Decemb. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

Dada á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

**24.** *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Quum quidam suum filiumfamilias impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus scriptis (8), eidem autem pupillo alium substitutum reliquit, maximam (9) scilicet ostendens ad filium suum (10) affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exheredationis iniuriam etiam substitutionem ei addidit, et a substituto legatum reliquit, quaerebatur, si huiusmodi legatum vel fideicommissum potest (11) valere. Sed et si legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, et substituerit ei exheredato facto aliquem extraneum, iterum certabatur, si saltem per eundem

**24.** *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Como uno desheredó á su hijo de familia impubero, habiendo instituído otros herederos, pero le dejó al mismo pupilo otro substituto, manifestándole, por supuesto, la mayor afección á su hijo, al cual no le dejó ciertamente ningún emolumento, sino que después de la injuria de la desheredación le añadió también la substitución, y dejó un legado á cargo del substituto, se preguntaba, si podría ser válido un legado ó fideicomiso de esta naturaleza. Pero aun si el padre le hubiere dejado el legado al mismo hijo desheredado, y le hubiere substituído,

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Schf.*; manifestum, *el ms. Bg., las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(2) existimanda, *los mms. Pl. 1. 2.*
(3) alia, *el ms. Bg., y la ed. Schf., y Russ. al márgen.*
(4) esset, *Bk. contra los cód. y las ed.*
(5) an *los mms. Pl. 1. 2. Bg. y la ed. Schf.*
(6) cuiuscunque, *el ms. Bg., y Hal. enmendando el texto en la nota.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*, sit, *omitiendo* vel, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(8) inscriptis, *Hal.*
(9) malam, *Char. al márgen según el libro de Aured.*
(10) adversus filium, *Russ. al márgen según conjetura, y Char. afirma que se hallan en algunos libros antiguos.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; posset, *Russ. y los demás.*

modum fideicommissum potest (1) relinquere Quum igitur antiquitas quidem hoc diverse tractare maluit (2), nobis autem huiusmodi iurgia super vacua esse videntur (3), sancimus, nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum, qui exheredato pupillo datus est, praegravari, nec si ipsam rem, quam pupillo legavit, a substituto eius vel legare vel fideicommittere voluit

Dat II Kal Mai Constantinop post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV CC [531 ]

**25** *Idem A* IOANNI *P P* — Si legatarius (4) celaverit testamentum, et postea hoc in lucem emerserit, an posset (5) legatum sibi relictum is, qui celaverit, ex eo testamento vindicare, dubitabatur Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fructum suae calliditatis, qui beredem voluit hereditate (6) defraudare; sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quasi (7) pro non scripto apud heredem, ut, qui alii nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat iacturam, quemadmodum, si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, non subierit tutelam, ei quidem legatum aufertur, pupillo autem assignatur, cui ille utilis esse noluit

Dat Kal Novemb Constantinop post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV CC [531 ]

**26** *Idem A* IOANNI *P P* — Illud, quod de legatis vel fideicommissis temporalibus, utpote irritis, a legum conditoribus definitum est, emendare prospeximus, sancientes, et talem legatorum vel fideicommissorum speciem valere et firmitatem habere Quum enim iam constitutum est (8), fieri posse temporales donationes et contractus, consequens est, etiam legata vel fideicommissa, quae ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari; post completum videlicet tempus ad heredem iisdem legatis vel fideicommissis remeantibus, necessitatem habente legatario vel fideicommissario cautionem in personam heredis exponere, ut (9) post transactum tempus res non culpa eius deteriori facta restituatur

Dat XV Kal Novemb (10) Constantinop post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV CC anno secundo [532 ]

habiéndolo desheredado, algun extraño, discutiase á su vez, si á lo menos de este modo se puede dejar un fideicomiso Así, pues, como la antigüedad prefirió ciertamente tratar esto con diverso criterio, pero á nosotros nos parece que son supérfluas tales disputas, mandamos, que este substituto, que fué nombrado para un pupilo desheredado, no sea gravado con ningun legado, ni con ningun fideicomiso, ni aun si el testador quiso ó legar ó dejar por fideicomiso á cargo del substituto de éste la misma cosa que le legó al pupilo

Dada en Constantinopla á 2 de las Calendas de Mayo, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [531 ]

**25** *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio* — Si el legatario hubiere ocultado el testamento, y éste saliere después á luz, se dudaba, si en virtud del testamento podría el que lo hubiere ocultado reivindicar el legado que se le dejó Lo que mandamos que de todos modos se haya de impedir, para que no recoja el fruto de su astúcia el que quiso defraudar en la herencia al heredero, sino que se le quite ciertamente tal legado, y quede en poder del heredero como si no hubiera sido escrito, á fin de que el mismo que estimó que se había de perjudicar á otro sufra su propio daño, á la manera que si no desempeñare la tutela el legatario á quien por razón del desempeño de la tutela se le hubiera dejado algo, se le quita ciertamente el legado, pero se le asigna al pupilo, á quien él no quiso ser le útil

Dada en Constantinopla las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [531 ]

**26** *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio* — Hemos cuidado de enmendár lo que por los autores de las leyes se estableció sobre los legados ó los fideicomisos temporales, que los consideraban nulos, sancionando que también tal especie de legados ó de fideicomisos sea válida y tenga fuerza Porque habiéndose ya establecido que se pueden hacer donaciones y contratos temporales, es consiguiente que por su misma analogía sean convalidados también los legados ó los fideicomisos que se dejaron por cierto tiempo; volviendo, por supuesto, los mismos legados ó fideicomisos al heredero después de cumplido el tiempo, y teniendo el legatario ó el fideicomisario necesidad de prestarle al heredero caución de que después de transcurrido el tiempo se le restituirá la cosa, sin haber sido deteriorada por su culpa

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el segundo año después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [532 ]

---

(1) *Los mms Pl. 1 2. Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; posset, *Russ y los demás.*

(2) *Los mms Pl 1 2 Gt, y las ed Nbg. Hal*; maluerit, *los demás*

(3) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; videantur, *los demás*

(4) *Los mms Pl. 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ y las ed. Schf Hal Cont 62*; vel fideicommissarius, *las ed Nbg. Russ Cont 66 y las demás, contra las Bas.*

(5) possit, *los mms Pl. 1 Gt, y las ed Nbg Schf. Hal*

(6) *Los mms Pl 1 2 Bg Gt, todos los mms de Russ, y las ed Schf Hal.*; sua, *añaden las ed Nbg Russ y las demás, contra las Bas*

(7) quasi, *omitenla los mms Pl 1 Gt; pero las Bas dicen* ὡς μὴ γεγραμμένον.

(8) *Los mms. Pl 1 2 Bg Gt, y las ed Nbg Schf Hal*; sit *Russ y los demás*

(9) *Los mms Pl 1. 2 Bg Gt, y las ed Schf Cont 62*; el, *insertan las ed Nbg Hal y las demás contra todos los mms de Russ.*

(10) Decemb, *Russ al márgen*